




A6.686








B. 2. E P I T O M E  
T H E A T R I  
O R T E L I A N I,

Præcipuarum Orbis Regionum delineationes, minoribus tabulis expressas,  
breuioribusque declarationibus illustratas, continens.  
*Edicio ultima, multis locis emendata, & nouis aliquot tabulis aucta.*



ANTVERPIA,  
A PVD IOANNEM BAPT. VRIENTI  
ANNO, M. DCL, Cum gratia & Privilio,

TERMINAT IN PERIVM CETO HEC TEL  
LURE LEONES.



ARA DVCVM SERIES, VIRTVTVM GLORIA MAIOR,  
NAT TITVLIS, ET VOS ORNATIS EOSDEM,  
LONGEVIS, ALBERTE, ISABELLAQUE SÆCLIS.

S E R E N I S S I M I S  
P R I N C I P I B V S  
A L B E R T O E T I S A B E L L A E  
A V S T R I A C I S  
B R A B A N T I A E D V C I B V S , &c.

A BRAHAMVS ORTELIVS , insigni  
ætatis suæ Geographus Regis Cath  
PHILIPPI II. Cels. V. parentis  
THEATRVM ORBIS TER  
a se collectum , eidem Regis Ma<sup>n</sup>. dedicau

## E P I S T O L A

Hispanicæ nationis gratiam, Hispаниcē transferri curauit Christophorus Plantinus eiusdem Maiestatis Regiæ Architypographus, inscripsitque eum laborem PHILIPPO filio, tum Hispaniæ Princi-  
pi, nunc feliciter regnanti. Mox quoque Auctor  
in iter agentium gratiam, (qui tam magna volumina  
Bibliothecis, ac cubiculis aptiora circumferre non pos-  
sunt) Enchiridij forma, quæ facile per viam gestari  
edendum opusculum hoc curauit, auxitque  
aliquot Prouinciarum, Regionum, Insula-  
rum item, ac Regij ad S. Laurentium in Es-  
curia-

## DEDICATORIA

curiaco monasterij imagine, priusquam vita, magno  
sui relicto desiderio, decederet. Ego vero natus ab  
heredibus, omnes Ortelij vigilias, ac lucubrations,  
vt, artem eandem tractans, in vulgus typis meis ede-  
rem, hunc libellum nominis Cels. V. auspicio, ac  
patrocinio emitto, quo ab inuidorum telis, atque  
Calumnijs tutus sit, & reliqua, magno Reipub.  
Christianæ bono tempestiue euulgare possim: quem-  
admodum nuper in aduentu vestro Brabantia  
ces, Iconibus illustratos in vestro nomine a  
volui. Huius vero laboris, industriæque

EPISTOLA DEDICAT.

vt æqui, bonique consulere dignemini, supplex etiam  
atque etiam Cels. V. oro, obtestorque. Sic Deus  
Opt. Max. Cels. Vestram cum altissima pace Belgi-  
cos tumultus commutare, ac Reipub. clauum rectum  
tenere quam diutissime patiatur. Antuerpiæ Aduati-  
corum pridie Kal. Martias. An. 1601.

Cels. Vestræ

addictissimus cliens

Ioan. Bap. Vrientius.

IOANNES BAPTISTA VRIENTIVS,  
CANDIDO LECTORI S. D.

VM, Lector erudite, opusculum hoc in lucem edere, non minus necessarium, quam utile duxerim; propterea quod variarum non solum Tabularum Geographiarum totius orbis terrae thesaurum, verum etiam quarumcumque partium eiusdem historias quasdam atque descriptiones contineat: visum quoque est auctius id opusculum, & ab auctore, priusquam vita decederet locupletatum atque emendatum, a funere eius in vulgo commodo publico edere, cum & omnia ORTELII mihi cesserint. Nam cum obne suam fallat inscriptione) ut strictim omnia comprehendat, q[ui] TELIVS ingenti suo THEATRO complexus est: proinde non cum animi mei oblectamento magnificum opusculum hoc encuraui, ac nouas insuper non paucas Tabellas, aliaq[ue], exquisit

ſpectantia , addidi ; que omnia priori illi operi numquam inserta fuiffe  
reperirentur. Quamobrem ſpero me opus hoc eo vſque prouexiſſe , vt  
pro certo habeam , artis huius ſtudiosiſ non ſolum vſui , verum etiam  
voluptati futurum.

Porrò cùm variarum Regionum , Prouinciarumq; historijs , & artis  
Geographicæ ſtudijs ſummopere ſemper fuerim delectatus , propterea  
non minori ſumptu , quam labore indefeffo conquisiui , collegiq; omnia ,  
que ab Abrahamo Ortelio , dum viueret , hoc in genere congeſta repe-  
riri potuerunt.

Cum igitur , beneuole Lector , per ſpectū ſatis ſuperq; habeam , opus-  
cum iſtud , exiguum ſane ſi formam ſpeclēs , ingens vero ſi fructum ,  
tibi acceptumq; fore ; propterea dabo operam ſedulō , vt indies  
atque vniuersæ Reip. commodis in ſeruire pergam . Qui vero  
in calumniabuntur , Romanè dicam , iij viri optimi Manes lœ-  
ſcripta eius compilantes , alieniſque ſeſe plumis ornantes ,  
vereor

vereor ne corniculæ Æsopicæ in morem ludibrium alijs debeant; risumque moueant. Et vero facilius est, fuitque semper, aliena reprehendere, quam dare meliora. Vale.

---

---

AD IO. BAPTISTAM VRIENTIVM  
A N T V E R P I A N V M.

**V**RIENTI, si verum est diuini dogma Platonis,  
Rebus sæpe suis nomina conueniunt:  
Ex re nomen habes, nam fidus amicus amico es.  
Ecquid amicitiæ födere amabilius?  
**O**RTELII Tabulas edas, serosque nepotes  
Artibus, atque fide demereare tibi.

VTRIVSQUE HEMISPHERII TAM COELESTIS QVAM  
TERRESTRIS BREVIS DECLARATIO.

QVM legitima ac vera tum terræ, tum eius partium descriptio absque genuina Cosmographiæ, & Geographiæ cognitione fieri nequeat; non abs te videbitur, ut nonnullis definitionibus ac divisionibus præmissis, cœlorum terræque congregatio nem ac connexum paucis explicemus.

Cosmographia enim, mundum, hoc est, cœlum, & quidquid eius ambitu continetur & amplectitur describit.

Mundus autem bifariam diuiditur in Ætheream & Elementarem regionem.

Ætherea vero orbes stellarum octo diuersos continent. Horum septem priores, & terræ proximiores, septem stellis Erraticis, seu Planetis attribuuntur, quotum maior minor rem semper sphæricè complectitur, & singuli hi orbes unam tantum stellam circumferunt.


Octauus autem, qui & Firmamentum vocatur, continet omnes reliquas stellas, quæ & fixæ dicuntur.

Stellatum cœlum seu Firmamentum complectitur suâ circumferentia omnes septem planetarum orbes, sed illud è contra cum ceteris inferioribus amplectitur, à nono cœlo, quod Primum mobile dicitur, cuius continua revolutione, omnes hi octo stellarum orbes, super polis mundi, ab Ortu ad Occasum, spatio 24. horarum circumducuntur. Quo vero inferiores continet semper in aduersum, superalijs polis (qui Zodiaci vocantur) Occasu in Ortum circumvoluntur.

Unum quia nautæ solummodo videntur constitutionibus præcipuarum stellarum circa ambos mundi polos reperiuntur, meritò hic omittemus Planetus motus, tanquam illis non necessarios, & solum adiungemus duo obliqua, quibus ambo hemisphæria totius Firmamenti, seu cœli stellati obseruantur, quorum prior omnes stellas Septentrionales, posterior vero, eas quæ continent, continent.

Sequuntur duo hemisphæria cœlestia, omnes imagines cum stellis fixis totius firmamenti comprehendentia.

GLOBVS COELESTIS.



ELEMENTARIS REGIO, AB INFIMO PLANETARVM  
ORBE, QVEM LVNA SIBI VINDICAT, AMBITVR.

**C**ONSTAT verò regio hæc ex quatuor Elementis: quorum supremum Ignem, proximum ante Aërem esse dicitur à physicis.

Aqua & Terra enim simul vnum corpus globosum constituunt.


Iam quemadmodum benignis Lectoribus duobus hemisphaerijs omnium fixarum stellarum congeriem & ordinem spectanda dedimus; simili modo totius telluris tam habitabilis quam inhabitabilis cōstitutiones, duabus circulorū medietatibus delineare curauimus: quarum prior nouum mundum seu Americam, hoc est, Brasiliam, Peruviam, & nouam Hispaniam cum insulis his adiacentibus comprehendit, posterior verò Orbem à veteribus cognitum & habitabilem, Europam, Asiam, Aphricamque sci-licet continet.

Sed quin singularum Regionum, Prouinciarum, Vrbium, Oppidorum, Matrum, Fluminum, Insularum Peninsularum, & aliarum, horum omnium, proprietatum, in sequentibus descriptionibus mentionē facturi sumus. Meritò ergo (totius terræ singulari descriptione omissa) Lectores ad particularium omnium terræ partium deducções mittemus.

Rationes autem quibus connexæ terrarum superficies in plano designandæ sint longum esset hic recensere. Quare qui easdem cognoscere percupit, consulet scripta graphicæ tum Ptolemæi Alexandtini, tum Neotericorū, sed ante omnes commen-doctissimi G. Mercatoris in Ptolemæi Geographiam, nec non Michaelis Coigneti mathematici Antuerpiani librum de Introductione mathematica in tabulas geograficas anno à Christo nato 1595 Antuerpiæ edendum curauit.

sequitur exacta totius orbis terræ generalis delineatio.

GLOBVS TERRESTRIS.




AD PHILIPPVM II. HISPANIARVM, &c.  
RE G E M C A T H O L I C V M.

**C**æsareas moles, atque alta palatia Regum  
Ne posthac Latij, aut Græcia iactet ouans:  
Pyramides, & aquæductus, mira Amphitheatra,  
Et Circos veteres Inlyta Roma premat;  
Prisca fides filcat vasti Miracula Mundi;  
Nam faciunt nostra ad secula, prisca nihil;  
Vnus enim Hesperie Rex maximus ille Philippus  
Miracula exuperans omnia, condit opus;  
Non opus; at Molem qualem neque tota vetustas  
Vidit, & hac ætas non habitura parem.  
Ipe Duces olim parti monumenta triumphi  
Sicli erexerunt ambitione mala;  
Cætrophæa Dijs posuerunt capta profanis,  
Aut operis magni in secula perenne decus;  
Eionis Apostolicæ verum vnicus ille  
Eius for, voti Rex memor vsque pjs  
Ius a iudum æternos molitur honores;  
Nihil hic Maximus Orbis habet.

Is Collegium enim Augustum, & Regale diceauit.  
LAVRENTI sacrum, tempus in omne tibi.  
Cui certo numero præsunt Hieronymiani:  
O felix Ordo, ô corda sacra Deo.  
Non est hic aliud nisi Magni Sponsa Tonantis;  
Majestate Dei terribilisque locus:  
Est ubi Majestas, & magnificentia Regis  
Prodiga, inexhaustas & bene fundit opes.  
Regia sic summi est ibi Principis, atq; supremi  
Numinis. ô qualis gloria, quale decus?  
Quis gazas, quis splendore fando explicit omnem?  
Angustum ingenium est, linguaque nostra nimis,  
Quis verò Regi par, atque secundus Ibero?  
Miraculum Mundi solus & ille facit.  
Mæle animi; porro tua tanta potentia crescat;  
O Heros populi inuitile Philippe tui.  
Euge autem ô felix Hispania, & euge Madridia;  
Quæ nisi tam magno haud Praeside tanta fores.

SCENOGRAPHIA TOTIVS FABRICÆ S. LAURENTII IN ESCORIALI.



## ORBIS TERRARVM.

**H**Æc tabula comprehendit & exhibet totius Orbis terrarum & circumambientis Oceani effigiem; quem vniuersum terrarum Orbem Veteres (quibus nouis nempe Orbis nondum innotuerat) in tres partes diuisere: in Africam scilicet, Europam, & Asiam: Sed inneta America, eam pro quarta parte nostra ætas adiecit: quintamq; exspectat sub Meridionali cardine iacentem. Gerardus Mercator Geographorū nostri temporis coryphæus, in sua nunquā satis laudata Vniuersali Tabula, hunc Orbem terrarum in tres Continētes distinguuit: primam vocat eam quam Veteres diximus in tres partitos fuisse, & vnde humanū genus originē sumpsiisse ex sacris litteris constat: secundā, quā hodie Americā vel Indiam Occidentalem vocamus: tertiā dicit terrā Australē, quā nonnulli Magellanicā nūcupant, paucis hactenus littoribus detectā. Hūc Orbem continere in circuitu, quo maximè patet, millaria Germanica 5400. siue Italica 21600. antiquitas docuit, idemque recentior afferit ætas. Atque hæc tot portiones terræ, (vt Plinius in secundo Natur.his libro inquit) imo verò, vt plures tradidere mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniuerso) hæc est materia glorie nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumulueruntur humanum genus, hic instauramus bella etiā ciuilia, mutuisq; cedibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoq; vicini cospitem nostro solo effodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, ultraq; fines exeges das, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiae suæ propagauerit, undem portionem eius defunctus obtineat? Hactenus ille,

EVROPA.

2



B 2

## A S I A.

**H**ANC veteres multifariam diuisere : hodie vero ea in quinque partes , secundum eius Imperia , quibus administratur nobis non inepte diuidi posse videntur . Cuius prima pars , qua Europæ contigua est , & Magno Duci Moscouia paret , Mari Glaciali , Obij fluui , Kytai lacu , & linea inde ducta ad Caspium mare , Isthmique qui inter hoc Mare & Pontum Euxinum est , terminabitur . Secunda erit , qua magno Chamo Tartarorum Imperatori obedit ; cuius fines à Meridie sunt mare Caspium Iaxartes fluuius , Imaus mons ; ab Ortu & Septentrione Oceanus : ab Occidente , iam dictum Ducis Moscouiae Regnum . Tertiam partem Ottomannorum prosapia occupat , continetq; quidquid terrarum est intra Pontum Euxinum , Mare AEGEUM , Mediterraneumque , AEGYPTUM , Sinum Arabicum , Persicumque , Tigrim fluui , mare Caspium , & Isthmu , quem inter hoc & Pontum Euxinum videre est . Sub quarta regnum Persia , quod hodie à Sophis gubernatur , comprehendetur , habet Ottomanos ab occidente , Magni Chamii regnum à Septentrione , & in Orientem fermè ad Indum fluuium extenditur : à Meridie vero Mari Indico alluitur . Quinta pars ceterum obtinebit , quod Iudias nuc , vti & olim nuncupant , qua non ab uno solo , vt aliæ ; sed pluribes Regulis ( nam quælibet illius Regio proprium ferè habet Principem , quorum nonnulli etiam Magno Chamo vestigales sunt ) moderatur .

Non tantum apud omnes scriptores profanos , vt vocant , hæc pars terrarum ob pri-  
mas in Orbe monarchias , vti Assyriotum , Persarum , Babyloniorum , Medorumque im-  
peria , admodum celebris exstat memoria ; sed etiam in sacris litteris ea præ ceteris illu-  
stris est . In hac enim non solum genus humanum à Deo Opt . Max . creatum , ab hooste Sa-  
tana delusum corrumque , & à Christo Saluatore restauratum constat ; sed omnena  
ferè veriusque Testamenti historiam in ea scriptam & completam legimus .

A S I A.

3




B 3

## A F R I C A.

**H**ANC veteres multifariam diuiserunt: hodie eam, ut Ioannes Leo tradit, in quatuor distinguunt partes; Barbariam, Numidiam, Libya, & Nigritarum terram. Barbariam, quam meliorem censent, Mari Atlantico, & Mediterraneano; Atlante monte, & Barcha regione contermina Aegypto, circumscribunt. Numidia, qua illis Biledulgerid dicitur, & daetylos producit, (ynde Arabibus non alio nomine quam Daetylifera Regio nominatur,) Atlantico Mari ab Occidente terminatur; & Atlante monte à Septentrione: Orientem versus excurrit ad Eloacat urbem ab Aegypto centum miliaribus distantem. Libya deserta arenosa illi à Meridie sunt. Libya vero tertia pars, Arabia lingua Sarra appellatur; quæ vox idem quod desertum significat, à Nilo ad Orientem Solem principium habet, indeque ad Mare Atlanticum versus Occidentem pergit: Numidia illi Septentrionalis est: in Meridie Nigritis se iungit. Sequitur quarta pars, quæ Nigritarum terram vocant, nomine aut ab incolis, qui nigro colore afficiuntur, siue à nomine Nigro, qui hanc Regionem lambit, sumpto: Hæc habet à Septentrione Libyam; à Meridie Oceanum Aethiopicum: ab Occidente Gualata, & ab Oriente Goagæ Regnū. Advertendum, quod hoc modo vniuersam Africam Mari Mediterraneano, Atlantico, Aethiopico, & Nilo flumine constringunt; vnde & Agyptus & Aethiopia, Asia ascribuntur, quas tamen propriæ Africæ annumerandas ducimus. Vera namque Aethiopia hodie Presbyteri Ioannis Imperium (quod ab omnibus neotericis Africæ tribuitur) continet. Nos itaque cum Ptolemæo potius mari Mediterraneano & Oceano, quam fluuiio circumscribi oportere iudicamus, habebitque Peninsulæ formam; Isthmo, qui est inter Mare Mediterraneanum, & Sinum Arabicum, Asia iunctam. Huius pars Meridionalis veteribus incognita permansit, usque ad annum M. cccc. xcvi. quo Vasco de Gama primus Promontorium Bonæ spei prætergressus, Afrika circumnauigata ad Calecutum peruenit. Hæc pars à Persis Arabibusque Zanzibar dicitur.

A F R I C A.

4



B 4

N O V V S   O R B I S .

**T**O T U M hoc Hemispherium ( quod America , atque ob immensam suam amplitudinem , Nouus Orbis hodie vocatur ) veteribus incognitum mansisse usque ad annum à Christo nato m. c c c . x c i . quo primum Christophoro Columbo Genuensi detectum fuit , humanae admirationis modum excedere videtur . Considerata namque cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia , & amplissimum Imperiorum ad perquirendas Regiones commoditate opportunitateque ; tum humani generis dira atque insatiabili auro atque argento inhiante cupidine nihil non tentante , quod ijs potiatur quibus haec Regiones incredibili copia abundant , tam diu potuisse nostro Orbi latere , non semel mirari fuimus . Sunt qui hanc Continentem à Platone sub nomine Atlantis descriptam opinentur ; inquitque Marinæus Siculus in Chronico suo Hispaniæ , hic nummum antiquum Augusti Cæsaris effigie insignitum , in aurifodinis inuenient esse , missumque in rei veritatem summo Pontifici , per D. Ioannem Rufum , Archiepiscopum Consentinum .

Tota haec Orbis pars hodie circumnavigata est , præter eum tractum qui Septentrionem aspicit , cuius littora nondum perlustrata sunt . A Septentrione in Meridiem descendit sub forma duarum Pæninsularum , quæ tenui Isthmo discernuntur . Ea Pæninsula quæ Septentrionalior est , Nouam Hispaniam . Mexicanam prouinciam , Terram Floridam , & Terram Nouam comprehendit . Meridionalior vero ( quæ Terra firma Hispanis vocatur ) Peruuiam , Bresiliamque continet .

Grosuclius p. 6

A M E R I C A .

5




B 5

## A N G L I A.

**B**RITANNIA omnis, quæ hodie Anglia & Scotia duplice nomine appellatur, & duo regna in se continet, totius nostri Orbis Insula maxima est; Oceano, mari Germanico & Gallico ambitur. Cuius pars maxima, & Australior, nunc Anglia, ab Anglis qui eam occupauerunt, vocata, proprium habet Regem, & in triginta diuisa est Coquentus, quos Comitatus vocant. Hi Comitatus in septendecim diuisi sunt Pontificales Iurisdictiones, quas Graeci dicunt Diœceses. Hæc autem Anglia ab Ortu & Austrō terminatur Oceanō; ab occasu Solis VVallia & Cornubiæ finibus, à Septentrione Tueda flumen est, quod discriminat eam à Scotis. Terra est frugifera, pecore maximè abundans; quod fit, vt incolæ quasi plures pecuarij quam aratores sint; quod magis ferme pabulo quam aro colendo studiat, sic vt tertia propemodum terræ pars tantum pecori relata sit inulta. Regio est quo cumque anni tempore temperatissima, atque cæli nulla grauitas, adeò vt rari sint mortbi, & inde minor Medicinae vsus quam alibi. Terramotus hic ferè nunquam. Fulmina admodum rara. Solum est foecundū. Sed vinū tellus non gignit. Pro vino ceteusia in vsu est. Colles paucim multi, nullis arboribus consti, neque aquarum fontibus irrigui, qui herbam tenuissimam atque brevissimam producit, quæ tamen ouibus abundè pabulum suppeditat; per eos ouium greges candidissimi vagantur, quæ, siue cæli, seu bonitate terræ, mollia, & longè omnium aliarum Regionum tenuissima ferunt vellera. Hoc vellus verè aureum est, in quo potissimum insulano rum diuitiae consistunt: nam magna auri & argenti copia à negotiatoribus eiusmodi imprimis coemendæ mercis gratia, in Insulam quotannis vndique apportatur. Canes præstantissimos habet. Piscium omnis generis copia redundat. Ostrea non alibi delicatiora, nec plura. Fert aurum, argentum, stannum, plumbum, & ferrum, sed eius exigua copia.

ANGLIA.

6




## S C O T I A.

PLVRIMA habet hæc Scotia miranda, quoru[m] partem ex Hectore Boëthio collegimus. In Gal-  
louidia lacus est Myrtoun dictus, cuius vna pars aliarum aquarum more gelu hyeme cōcrescit,  
altera nullis frigoribus congelari potest. Sunt in Cariæ regione ingentis magnitudinis boves,  
quorum caro tenera suauitque eius est; ceterum pingue nunquam concrescit, sed olei liquidi instar  
semper fluens. Oceanus huius littora altius, diues est ostreis, halecibus, congris, cochis, aliisque id  
genus pilicibus maxime faxatibus. In Coyl prouincia haud plus decē millibus passuum ab Aer oppido  
Iaxum est duodecim vix pedes altum, extensum 33. cubitorum sp[an]titudine, haud immixto ab in-  
colis Surdum appellatum. Nam quantumuis ingentem strepitum sonitumque vel etiam bombarda  
edas ab uno latere, ex aduero haud exaudiri queat, nisi quam remotissime absit, tum enim sonus  
facile percipitur. In Lenos, quæ Ptolemaio Lelgouia dicitur, lacus est longe maximus, Loumond  
vermacule dictus; lupra 24. miliaria in longitudinem extensus, octo in latitudinem. Triginta insulas  
complectitur, quarum plerique vicis frequentibus habitatae, templa facellaq[ue]; Diuina dicatae habent.  
Tris in hoc meno atu digna reperiuntur. Nam pisces illuc eius humano suaves pinnis carèt. Lacus  
interdum nullo flante vento ita immense concitat, vt vel audacissimos nautes, quo minus toll-  
uant, deterreat. Vnde vento cesante, naues medio cursu correptæ, cum maximo di[st]rictu[m] iactan-  
tur, & nisi portus quispiam forte propinquus adsit, plerique euerteruntur. Denique est insula que-  
dam gregibus armentisque pascendis uber, sed quæ natans fluctuantique, quo venti impellant, hic  
illuc feratur. Constan[t]a fama est, lapidem in Argadia nasci, qui si paulo diutius fragmentis stupifice-  
supponatur, incendium faciat. Ad Slanis (castelli nomen est in Butquania) antrum est admirande  
nature. Aqua enim in id infillans tractu temporis in candidissimos conuertitur lapides, ac niti  
certo annorum curriculo eximerentur, o[ste]ri iam oppletum illis fuisse. Nullus in hac regione mus  
maior conficitur; nec si importetur, vitam illuc ducere potest. In Fife regione effoditur ingenti  
numero iapis niger, faciendo igni supra modum accommodus. Ad ostium Forthæ fluminis in medio  
mari altissimum Icopulus est, ex cuius summitate fons aquæ dulcis largissime admirando naturæ  
miraculo scaturit. Ab Edinburgo plus minus duobus passuum millibus, fons cui olei gutta innan-  
tant, scaturit, ea vi, vt si nihil inde collegeris, nihilo plus confluat; quantumis autem abituleris, ni-  
hilo minus remancat. Valet hoc oleum contra varias cutis sebarities. Haec tenus de his. Habet Sco-  
tia in regione Drisdalia aurifodinam, in qua etiam id quod vulgo Lazurum dicitur, inuenitur.  
Habet ferri & plumbi quoque mineras.

## S C O T I A.


7



## H I B E R N I A.

**H**IBERNIA terra inæqualis est, & montosa, mollis & aquosa, siluestris & paludosa. In summis & æcrotum arduorumque montium verticibus stagna reperies & paludes; planities tamen habet per loca pulcherrimas, sed respectu siluarum modicas. Gleba præpingui, vberique frugum prouentu felix terra est. Pecore montes, nemora feris abundant; pascuis tamen quam frugibus, gramine quam grano foecundior est insula. Tritici namque grana contracta sunt hic & minuta, & vix alicuius vanni beneficio purganda. Quod Ver gignit, Astas nuerit, vix in mense pluialis aquositas colligi permittit. Aoliceis namque flatibus, & pluvialibus inundationibus præ alijs terris hæc exuberat. Melle & lacte diues est insula. Solinus & Isidorus eam apibus carere assertunt; sed salua ipsorum venia, circumspectius è diuerso scripsissent, vineis eam carere, & apum expertem non esse. Vincis enim semper caruit, & caret insula. Apes quidem sicut aliae regiones hæc mellificas habet: in majori tamen, ut arbitror, copia scaturirent, si non venenosas, & amaras, quibus siluescit insula, fugerent examina taxos.

Gens huius insula lanceis tenuiter virutur nigris (qua terra istius oves nigrae sunt) & barbato ritu compositis. Caputijs modicis aslucti sunt, cubito tenuis protensis. Sellis equitaudo non vtuntur, non ocreis, non calcaribus; virga tamen, in superiori parte cammerata, tam equos excitant, quam ad cursus inuitant. Frenis quidem vtuntur, tam chami quam freni vice fungenibus; quibus & equi semper herbis aslucti, ad pabula nequam impediuntur. Nudi & inermes ad bella procedunt. Tribus tamen vtuntur armorum generibus, lanceis longis, iaculis & securibus. Gens agrestis, inhospitalis: summas reputant delicias labore carere, & summas diuitias libertate gaudere. In Musicis solùm instrumentis commendabilem inuenio gentis istius diligentiam.



## T E R C E R A.

**H**Æc Tercera vocatur, quod tertia sit ordine, ex Hispania venientibus. Dico tertiam, ex ijs quas Açores Hispani, Vlaemsche eplanden nostrates vocant. Insula est frumenti & fructuum fertilis, neque vini omnino sterilis. Magnus incolis prouentus ex rubia quam tinctorum cognominant, qua panni colore rubro inficiuntur. Eius hic magna vbertas, imprimis circa loca quæ vulgo *Los Altares* & *Folladores* appellant. Primaria vrbis est Angra, cum promontorio seu propugnaculo munitissimo, dicto *Brazil*. Hanc insulam Hispani à nostro Seruatore Iesu, *Isola del buen Iesu*, quoque cognominant. Naves mercibus Indicis onustæ, in redeundo ut plurimum ad has accedere solent, priusquam *Vlyssiponam* aut *Gades* appellant.

Aratub Katus ère ame cñotta àmico  
mci èpemkobceil antòmgu cocepmca  
moçim amao brumite cõqz è aqren  
et mi aqapema am: f. x. zckz: v: al:

TERCERA INSULA.

SEPTENTRIO.



C


## H I S P A N I A.

**D**IVIDITVR Hispania in tres Provincias; Bæticam, Lusitaniam, & Tarragonensem. Bætica à Septentrione clauditur Anæ fluui; ab Occasu habet eam Atlantici Oceani partem que est inter ostium Anæ, & Fretum Herculeum; à Meridie mare Balearicum, quod est inter Fretum Herculeum, & Charidami promontorium, quod vulgo appellari dicunt Cabo de Gata. Ab Oriente terminatur linea ducta ab hoc promontorio per Castulonem ad Anam fluuium. Dieta est Bætica à Bæti fluui memorabili, qui prouinciam totam interfecat: qui ortus in saltu Tygensi, decurrit in Oceanum Atlanticum: aique hodie vocatur vocabulo Arabico Quadalquivir, quod sonat Fluuium magnum. Hæc Provincia posterius à Vandalis habitatoribus Vandalicia dicta, hodie quoque corrupto vocabulo Andalusia dicitur. Lusitania habet à Septentrione Durium fluuium, ab ostio ipsius, usque ad pontem, qui est contra Septimancas: ab Occasu eam Atlantici Oceani partem que est inter ostia Anæ & Durij fluuij; à Meridie Bæticam: ab Oriente terminatur à Tarragonensi, linea ducta ab Oretania veteri, usque ad pontem qui habet è regione Septimancas. Lusitania habet nomen à Luso Liberi Patris filio, & Lyfa eiusdem Liberi socio, cù Luso Bacchare: unde nunc à Luso, Lusitania; nunc à Lyfa Lysitania dicitur. Reliqua Hispaniæ pars pertinet ad Tarragonensem prouinciam, qua à Tarracone ciuitate nomen accepit, eius prouincia Metropolis; ciuitate ad excipiendas Principum peregrinationes, ut inquit Strabo, egrè nata: & in qua Imperatores iurisdictionem agitabant. Complectitur hæc regio Murciæ regnum, & Valentia, & Aragonum cù Cathalonia, Castellam veterem, Nauarre regnum, Portugalliam Interamne, Galliciæ regnum, Astrias, totam Cantabriam.

Tria memoranda vulgari nobilitantur prouerbio apud Hispanos, (vt Nauagierus scribit.) Pons cui aqua superfluit, cùm sub pontibus ceteris soleat manare, aquæductum Segoviæ innuentes. Ciuitas igne circumdata, Madritum significantes, cuius muri ex fulicibus constant. Pons in quo continuè decem millia pecorum pascuntur, quo Guadianam fluuium denotant, qui se ad septem milliariorum sibiter terram intiergens, denuò erumpit.

HISPANIA

10



C 2

## PORTVGALLIAE REGNUM.

**P**ORTVGALVM impropriè Lusitanìa appellant, cùm alioqui nec tota Portugallia Lusitanis finibus circumscripta sit, nec totam Lusitanam complectatur; illud tamen negari non potest, positionem Lusitania partem Portugalliae regi parere. Diuiditur vero Portugallia in Transtagnam, Cistaganam, & Interamnem. Transtagana Batice partem carpit, eam feliciter, quæ ab Ana fluui ad Regni limites porrigitur. Interamnem appello Portugalliam, quæ est inter Durium & Minium fluuios, Regio non minus amœna quam fertili. De amœnitate vero quid opus est dicere, cùm in ea numerata sint ultra viginti quinque millia fontium perennium: Pontes quadrato lapide elegantissime constructi prope ducenti: portus marini sex. Quod propterè minime tacendum duxi, quia bonitas & dignitas huius Provinciæ ferè ignoratur. Hoc Provincia adhæret ea quam Tranmontanam appellant, Regio optimi tritici, generolique vini ferax, in qua est Brigantia, caput amplissimi Ducatus. Hæc ex Valeo.

Sub Portugallia hoc tempore Algarbiæ regnum (qua eius pars maritima est versus Meridiem) pertinet. Eius enim Rex, se Regem Portugalliae, Algarbiæ, Guinea, Aethiopiam, Arabiam, Persiam & Indiam scribit. Hoc Regnum primum circa annum M. C. initium habuit. Ad ea enim usq; tempora sub Hispani nomine (vti & antiquitus) censebatur. Sic autem de eo Martineus scribit: Henricus quidam Lotharingiæ Comes, vir in bello fortissimus, è Gallia veniens, magnas aduersus Mauros res geslit. Pro quibus Alfonsus v. r. Castellæ rex permotus, filiam suam notham nomine Tiresiam ei matrimonio collocauit. Et Gallicæ partem, qua in Regno Portugalliae continetur, nomine dotis assignauit. Ex eo postea matrimonio natus est Alfonsus, qui primus Portugallia Rex est appellatus. Primus qui Lisbonam à Mauris recepit. Quorum quinque simul regibus uno prælio superarisi, quinque scutorum insigne, facti monumentum, posteris reliquit. Oliuerius à Marcha in Annalibus, lingua Gallica editis, paulo accurarius huius Regni arma depingit. Ait enim primò fusile clypeum argenteum sine aliqua imagine, postea à deuictis quinque regibus, quinque cæruleos clypeos impositos, deinde his singulis clypeis quinque argenteos obiculos additos, in memoriam quinque vulnerum Domini nostri Iesu Christi, quæ illi inter præliandum diuinitus in calo apparueré, aut, ut alij tradunt, quod quinque vulneribus mortificatis maciatus, Deo Opt. Max. opitulante, non occubuerat.

PORTVGALLIA.


II



C 3

## ANDALVSIÆ.

**H**ISPALENSIS Ecclesiæ Dioecesis in ea Hispaniæ Provincia continetur, quæ cunctas diuite cultæ & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Bæticam veteres à Betis fluvio, recentiores, Vandaliciam, à Vandalis eam posteriori seculo occupantibus, vocarunt. Cuius quidem conuentus omnium Regionum atque conuentuum, Hispaniæ, cum frequentia & ciuitate populorum, tum diutius, & beata rerum omnium copia fœlicissimus iure censetur, fidem etiam accipientibus Græcotum carminibus, qui Elysias amoenitates & delicias huic tristui adsingunt, qui Oceano occiduo obiectus est: longè latèque patet hoc territorium in ducenta fermæ egregia oppida, viciis quamplurimis non annumeratis, ut unus hic conuentus pluribus oppidis iuridicus nunc sit, quam omnes quatuor simul in ea provincia fuere: quos auctore Plinio c. lxxv. tantum iura dedisse constat. Nam quota pars hæc fuerit; si centum pagorum millia accenseantur quæ à diu Ferdinandῳ Rege in Hispanensi agro quem Axarafium Arabes vocarunt, cum ipsa vrbe in fidem recepta sunt; Sed ea expulsi Barbaris magna ex parte desolata sunt: limites autem vt ab antiqua conuentuum descriptione multum recessere, ita ad Vambæ regis formulam cunctis Hispaniæ ecclesijs præscriptram propius accedunt, habet enim hæc Dioecesis ab Ortu Cordubensi territoriū, ab Occasu Algarbiorum fines; qua Sepentrionem spectat, eam Lusitanæ ditionem attingit, quæ diu Iacobi magistratus appellatur, cetera vero Meridiem versus Gaditanō conuentu, & Oceanō clauditur. Oppida in ea præcipua quamplurima sunt, imprimis ipsa vrbs regia Hispalis amplissimo atque amoenissimo situ, & pulcherrimo murorum ambitu ad Bætis oram posita. Bætis ex saltu Tygensi ortus, & egreja adopratæ prouincie vrbes præterlapsus, iam inde ab hac illustrissima colonia olim Romulea cognominata, nauigabili & piscolo alueo ad Gaditanum Oceanum per sexaginta passuum millia decurrit, ripis vtrimeque oliuetis, vineis, & marahortorum amoenitate florentibus, & iucundissimo citrorum odore fragrantibus.



## VALENTIA REGNUM.

**A**B yrbe Valentia, totus hic tractus tanquam ab yrbe primaria nomen habet, comprehenditque veterum Hedetaniam, Contestaniam, & partem Ilercaonum. Regni titulus haec regio accepit, circa annum salutis septingentesimum & octuagesimum octauum, ut mihi auctores sunt, Petrus Methiensis, & Petrus Anthonus Beutherus.

Duo, præter cæteros, sunt montes in hoc regno: alterum Mariolam nominant, alterum Pennam golosam, (Rupem cupedinarium Latinè diceres) ad quos magnus Herbariorū Medicorumque aliundè confluxus: stirpium namque herbatūmque rarijorum in ijs magna copia. Habet & argenti fodinam, qua Valentia Tortosam itur, in loco Buriol disto. Lapidès periuntur aureis venis lineolivis intersecti, in loco qui Aioder nominatur. Ad promontorium Finistrat sunt Ferri minera, item iuxta Iabea locum. Circa Segorbiam lapidicinæ vestigia: unde marmora Romam olim deuehi solebant. In Picacent alabastrum effoditur, & paſſim alumnen, rubia calx & gypsum, in magna copia. Sed maximus regionis prouentus ex fistilibus, quas ipsi procellanas nominant; an veteribus murrhina sint, incertum. Hæc tam ad fabrè & tanta elegantiæ pluribus in hoc regno locis efficiunt, vt cum præstantissimis Italizæ (quorum tanta est apud omnes existimatio) de præstantia contendere, non reformatid.

Inter regni huius vrbes Valentia primaria est, & Episcopalis sedes: cuius Episcopū habere annuè tredecim millia ducatorum aureorum, testes sunt Marinæus Siculus, & Damianus Goesius. Coloniam Romanam hanc vocat Plinius tribus milibus paſuum remota à mari, vt idem prodit. Hanc prisco ævo Romanam appellatam à Rom, Hispanorum Rege, Annius ex Manerhone, & Beutherus ex Annalibus tradunt: fides sit apud illos. In antiqua inscriptione nominatur, COLONIA IVLIA VALENTIA, Rome nomen retinuisse, addit item Beutherus, donec iam Romani sibi subiugauerent. Hi eam amplificatam & nobilitatam, Valentiam nuncupauerunt, vocabulo idem significante;

VALENTIA.

12



Dicitur:  
 Medicina magna  
 Veneta opulenta  
 Patavina studita  
 Veroma digna  
 Brescana armata  
 Penua superba  
 Luca indistincta

C5

G A D E S.

**H**O DIE hanc insulam Hispani *Cadiz* & corrupte *Caliz* vocant. Nostrates nescio quia ratione *Calis malis* cognominat. In minore Gadiū fuit oppidū. In Maiore Iulia Gadi-tana Augusta; quę antea, vti ex Strabone videtur, Neapolis dicebatur. Hanc hodie Cadiz, vti insulam, vocant. Episcopalis hæc hodie vrbs, cuius Præsul etiam Algezira titulum usurpat.

A Tyrijs Phœnicibus hanc insulā ab initio nauigata & excultam, ex antiquissimorū scrip-torū monumētis palam est. In hac Geryones postea habitasse à quibusdā existimatur, cuius armenta Hercules Ägyptius vel Tyrius abduxerit. In altero eius cornu, huius Herculis tēplū fuit, conditoribus, religione, opibus, & vetustate illustre. Cur sanctum sit (inquit Mela) ossa eius ibi sita efficiunt. In altero Saturni templū fuisse, Strabo auctor est. In Herculistiēlo hoc, Alexandri Magni imaginē conspexit Cesar, referente in eius vita Suetonio. Erat & fons ibi potui aptus, qui contrario affectu, sub exundatione maris deficiebat, & eodē defluente im-piebatur. In eodē templo æreas columnas octo cubitorū fuisse, idē tradit, quibus inscriptus est sumptus factus in tēpli exædificationē. Junonis fanū ibidē quoque agnoscit idem, ex Arte-midoro. Senectutis etiam templū, item Mortis, in ea describit Dionysius, & idem aras Anno, Mensi, Arti & Paupertati. Herculis columnas in hac ostendī tradit Isidorus, & nasci in ea ar-borem, similem palmæ, cuius gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

Incolæ nauigandi peritia olim claruere, atque ab hac avita marii perlustrandorū ratione minimè hac nostra ætate degenerant. Præcipiūs autem eorū quæstus ex salis confectione, & thynnotū constat pīcatione, eorum enim hic solēnis captura. Hos frustulatiū dilectos, & sale conditios, atque in eadis repositos, per omnē ferē Europā veniales distribuunt.

Hanc insulam, extrellum versus Occasum noti orbis terminum, credidit antiquitas; Solēm hic ex diurno labore fessum, Oceano se immergere atque requiescere, vnde *Solifq; cubilia Gades*, apud Statium. Nautæ nostrates etiamnum hodie huius insulæ promontorium versus Occidentem (quo d ab incolis S. Sebastiani vocatur) *Met eynde der Werelt* nominant, quasi dixeris, *Mundi ultimam metam*.

G A L L F A .

15




G A S C O N I A.

**G**ASCONIA alio nomine Nouem populana appellata est. Inter reliquas eius vrbes Burdegala & Tolofa facilè principem locū tenent. Burdegala vrbs vetusta & egregia est, sita in paludibus quas exundans Garumna efficit; ornata insigni Academia, in qua omnium artium & Scientiarum Professores iuuentutem instituunt, ita ut verè dici possit Musarum domus, aut potius, honorum omnium copiæcornu. nihil enim est in ceteris vrbibus commendatione dignum, quod ista non abundè possideat: siue annonæ vilitatem spectes, siue armorū gloriam, seu negociationis ac mercaturæ frequentiam, ac in primis literarum studia. Exstant istic adhuc præclara antiquitatis monimenta; in quibus est Tutelæ palatium, quod Belleforestus vrbis Genio Diuīisque Tutelaribus olim dedicatum fuisse arbitratur. Aliud extra vrbem conspicitur, quod Galieni palatium vocant; fuit id haud dubiè amphitheatrum ouali figura constructū. Tolosam tradunt nonnulli multis annis ante bellum Troianum ædificatam fuisse; alij, Deboræ prudentis illius feminæ Iudaicæ temporibus conditam volunt. vt ut sit, multa istic supersunt vestigia Romana antiquitatis. Ager suburbanus, opimus est ac fertilis, abundans rebus omnibus ad victimum humanum necessarijs. Nobilis est hęc ciuitas Gymnasio quod habet tota Europa celeberrimum; ac supremo Senatu, quem Parliamentum vocant, nec non Senescalli Curia.

G A S C O N I A.


16



P I C T A V I A.

**H**AE e Pictavia hodie in Inferiorem & Superiorem diuiditur. Inferiorem appellant, quæ versis Occasum in Oceanum Aquitanicum definit: Superiorem, quæ Orientem respicit, ad Turones vsque & Bituriges. A meridi contingit Santones, Angolesmenses & Lemouices. Britanni & Andegauenses sunt illi à Septentrione proximi. Tellus est frugum pecorisque fertilissima; vino frumentoque diues, & piscium abundans. Sed auium & ferarū in primis hic ingens copia: eoque venatio hīc & aucupiū frequens.

Comprehenduntur in hac Pictavia, ducentæ supra mille dieceses, aut potius parcerix, sub tribus episcopatibus, Pictaviensi nempe, Luconij & Maillezaïs, ut vulgo sonant. Loca celebriora præter hæc, sunt (incolarum nominibus ea profero) Roche sur Yon, Talmont, Meroil, Vouant, Meruant, Bressuire Lodun, Fontenay le conte; atque hæc in superiore, quam diximus. Inferior habet, Nyort, Partenay, Touars, Moncontoul, Hernault, Mirebeau, Chastellerault, &c. Primatus autem inter hæc Pictavia siue Poitiers obtinet, omnium Galliæ vrbium post Luteriam amplissima; maxima ex parte Clanio flumine viuo circumdata. Antiquitatem huius satis testatur Theatrum (vulgò Arenas,) Palatum Gallieni, & aqueductum fornices quæ super sunt, quos Arceaux de Parigné vulgus vocat; Romanorum in hoc loco imperij vestiga. Ante horum tamen aduentum alibi hanc vrbis aream fuisse ex Amioinij & Adonis scriptis quis suspiciari possit. Hi enim loci veteris Pictavi dieti meminere, in quo inter Carolomanum & Pipinum Reges Francorū, regnum diuisum fuisse narrant. Videtur & in hac tabula locus Vieu Poitiers (quasi vetus Pictavia dieas) nuncupatus, ad eundum fluuium Claniū, versus Chastellerault, Talmont, aut verius Talon du Monde, Calcanicum mundi Latinè diceres, oppidū, Galli sic appellant, quod in remotissima huius regionis parte ad Oceanum situm sit. ideoque pro ultimo orbis terrarum loco censeri debeat.




## BRITANNIA.

**B**RITANNIA, quæ olim Armorica, terminatur ab Oriente Conomannis; à Septentrione mari Britannico, & parte territorij Constantiniab Occidente Oceano; à Meridie Pictorum finibus. Dividitur in Littoralem seu Maritimum, & Mediterraneam. Disperta est etiam in linguis tres, quarum singulae suas habet regiones, & Dioeceses ab alijs distinctas. Tres ex ijs sermone vtuntur Britannico (*Breton Bretonum vocant*) qui veterū Armoriorum proprius fuisse existimatur. Horum Dioeceses sunt Carisopitensis (*vulgo Cornouaille*) Leonensis (*S. Paul*) Trecorensis (*Treguier*). Tres aliae linguae sonant Gallicam, quare vulgo *Bretons Gallos* (quasi Britanno Gallos dicas) appellantur. Sunt hi Dolani, Rhedenenses, & Maclouienenses (*Dol, Rhenes, & S. Malo*) qui olim Aletei nominabatur. Reliquæ tres utroque sermone promiscuè vtuntur, modò Britannico, modò Gallico, prout unicus libitum est, aut usus postulat. Sunt & istis tres adsignatae Dioeceses, Nannerensis scilicet, Venerensis (*vulgo Vannes*) & Briocensis (*Brie*), ita vt in vniuersum nouem in hac prouincia sint Episcopatus; quibus omnibus Dolanus, vrpore Metropolitanus, olim præcerat. Britanniæ vrbes primariae sunt Rhedona & Nannetum; quarum illa supremi Senatus, quod Parlamentum vocant, sede decorata est: & antiquitate paucis Galliarum vrbibus concedit. Episcopatus eius inter primos Britanniæ numeratur. Senatus qui rerum fisci præst ratioeiujs (*Cameram rationum vocant*) sedes in hac vrbe constituta est. Ceterum vt Britanniæ ager amoenus est & fertilis: mira isthic fecunditas aruorum, & pratorum vbertas. Campi inculti (*Landes vulgo dicti*) hic non instructuosi sunt, sed grata pecori (cuius magnum alunt numerum) pascua præbent. Ad negociandum magnam adfert oportunitatem mare quo alliuur: ex cuius aquis æstuio Solis ardore resiccatis & cōcretis, salēm ciliunt. Ferri & plumbi vnas habet, ac non nullis locis etiam argenti.

B R I T A N N I A .


18



D 2

## NORMANNIA.


**N**ORMANNIA ad Orientem initium capitâ finibus Franciæ propriâ diæcç(in qua Lutetia est) à flumine Epta, qui Gisorium vrbem, pagum S.Claræ, Ganiumq; vicû præterlabitur; vnde præcipiti cursu fertur in Sequanam iuxta S.Genoueam Ciuerensem, Vernoræ vrbis finitimâ, quæ in altera Sequanæ ripa sita est. Quamquâ Normanniæ principiū à Potoisa vrbē potius ducendū videretur, quidquid enim est terrarū citra pontem Eptæ impositū (quod Vulquessinū Francorū appellatur) id omne sub Normanniæ Generilitate (ita enim vulgò nominat) cōprehenditur; cui cū à Rēge tributū Imperatum est, eius portionē idem Cispotani sive Vulquessini Generali Normaniæ Rothomagi pendere cōsueuerunt. quin etiā quod ad Ecclesiasticū forum attinet, Rothomagē Archiepiscopo subiecti sunt, cuius iurisdictio ad Oisam amnē, vrbemq; ab eius ponte nominatā, id est, Pontoisam extēditur. Normaniæ limes ab Occidente Britannia est, à qua Crenone fluo secernitur. A Septentrione Oceano terminatur, à Meridie Cenomannis. Sequana interluente in duas partes diuiditur. Regio opulenta est omni genere mercaturæ, nec vlla re distituitur ad vitam tuendâ necessaria. Gens est præ cæteris Galliæ populis ingeniosa, & circumspecta, cui haud facile quisquam imposuerit; iterum affabilis est, & humana, studiisque literarum dedita, sed ob rem. Ex plebe plerique lana & tela pannisque texendis victum quæritant. Sunt in vniuersum astuti & callidi; præsertim ad forensem palæstram, litesque aut excepandas aut inferendas, egregiè instructi.



A N D E G A V E N S I V M D U C A T U S.

**R**Egio est amplitudine non usq; adeò insignis, fertilitate tamen nulli in Gallia regioni cedit: Vino enim , quod inde Andegauicum ( vulgo *Vin d'Aniou* dicitur) palmarum inter omnia ferè huius regni vina meretur. Sed nec aliarum rerum quæ ad necessitatem aut voluptatem vitæ humanæ exceptuntur, sterilis est: ut quæ fluminibus, montibus, nemoribus, pratisque pa- sim exornatur. Pecude , armentis , & piscibus fecunda est , hoc flumina & prata præstant. Ex montibus marmora , nec non illud genus lapidis cæru- leum & fissile effoditur, quo templorum ædiumq; tecta contra cæli iniurias muniuntur, vulgus *Ardoises* nominat.

Vrbes habet præclaras, inter quas excellit ea quæ *Angiers* nomen habet; quæ fortè Ptolemai Iuliomagus est. Hæc huius regionis primatum obtinet ; in utraque Meduanæ fluuij ripa exstructa, ponte lapideo coniungitur. Antiquitatem eius arguunt vetustæ quadam Theatri ruine , quæ vrbi imminent; vulgus eas *Brohan* vocat. Hic interdum numismata antiquæ notæ reperiuntur. Ludouicus II. in ea Academiam constituit anno 1389. Sunt præterea Saumurium, Bellefortium, Bauga, & cetera.



BITVRIGVM REGIO.

**H**O R V M vrbe primariam, quam hodie Bourges vocant, olim à Cæsare Auaricum appellatam putant. Theobaldus Fagotius, eius ciuis scribit, agrum extra ciuitatem valde frugiferum, atque omnium ferè rerum quas Gallia habet, fertilissimum: nihil desiderari. Vrbem esse vetustam, idque in ea quædam egregia monumenta testari. Omniū rerum mercatura & nundinorum frequentia commendari. Esse ibi Academiam in omni disciplinarū genere ornatissimam: adeò vt litterarum decus, atque doctissimorum virorum emporium dici possit. Sed de huius verbis origine & nominis etymologia. Ioannem Calamxum audiamus, qui de ea hoc modo scribit:

Anno ab orbe condito M. DCC. XC. Comer Gallus deductam in Bituricensium ditionem coloniam, in vrbe primaria Biturigum cōstituit, incolis à Noa suo Ogygis nomine honoris causa imposito; quod ab incolis posteā pro fauore & amore erga fundatorem suο ex Ogygis genere procreatū mutatū est; qui se Bitogyges dixerunt, quod Armenorū lingua, Ogygis posteros significat. Verūm vt consuetudine corrupti vocabula plerūque solēt, dum, vt familiaria fiant, aut magis propria, ijs aliquid vel adimitur, vel mutatur; ea aut potius Principis (quod facilius credidérim) Biturigum, qui Biturix cognomen habuit, voluntate factū est, vt Bitogyges ditio, & præcipua Bituricensum vrbs, deinde Bituriges dicta sit. Inter alias autem de hac re opiniones, vna est eorū qui Biturim, quasi Biturrim, à duabus antiquis turribus quæ olim in ea vrbe fuerunt, dictā arbitrantur: vnde Grammatici cuiusdam antiqui tale carmen exstat: Turribus à binis, inde vocor Bituris.

## B I T V R. I G E S,

25

## BITVRIGIVM.




D 5

L I M A N I A.

**L**ONGITUD o totius regionis (quam ab alimonij s nonnulli Alimoniam, alij verò à pingui vel limoso solo , Limaniam dictam putant ; portio nemque Auernia continet ; & quam hic integrum ob temporis briuitatem, & vallium montiumque conglomerationes, siu osique soli orbiculares flexitudines ostendere , locorumque interualla punctum metiri nequiuimus ) à ponte veteris Briuate Ganatum usque (frugibus, vino, melle, pecudibus, iumentis, croco, nucibus, oleribus, pascuis, nemoribus, fontibus, fluminibus, balneis, bitumine, lacubus, argentifodinis, familijs insignibus, locis munitis, mercimonijsque refertæ) leucarum circiter viginti , latitudo verò ferè octo. At nos feraciorem, cultioremque dumtaxat secuti partem, leucarum longitudinem paulominus octo, latitudinem penè septem complexi sumus, inferiorem hanc collocandis in oppidis & vicis seruantes mensuram. Sic auctor in Dialogo pio & speculativo (ut inscriptio habet) Italicè à se scripto, ubi hanc tabulam videre licet.

LIMANIA.

22




A V R A I C V S P R I N C I P A T V S.

**V**ENUXINVS Comitatus (quem vulgo Venayscin appellant) in Gallia est: pars eius regionis quæ nunc Prouincia appellatur, quondam Narbonensis Secunda. Primaria huius vrbs Auenio Cauarum, ad Rhodanum sita. Pontificij iuris est, fuitque Pontificum aliquando sedes. In hoc Comitatu sunt tres Episcopatus, Carpentoractensis, Caballicensis, & Vaisonensis, totidemque loca vbi ius dicitur: quæ sunt dicta Carpentoracte, Lilsta & Vaurias. Arauacijs Principatus in hac tabula comprehenditur, sic dictus ab Arausione (Orange) metropoli, Ptolomei & Sidonij scriptis clara. Plinius & Pomponius eam Secundanorum cognominant. COL. ARAVSI. SECUNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. legitur in antiquo lapide. Apud Bellesforestium & Theuetum de his plura.

AVRAICVS PRINCIPATVS.


23



AVRIACVS Princ.


S A B A V D I A .

**S**ABAVDIA, regio est Cisalpina, cuius Princeps, qui Dux Sabudiae vocatur, etiam Pemontanam (quam vocant) regionem possidet. Metropolis in ea est Chamberinum (Ciato olim dicta, si Cœnali credendum est) in qua Senatorius ordo, Parlamentum vocant, sedem habet. Hanc regionem à Sebusianis populis, aut, vt alij, à Sabatijs vadis, nomen accepisse putat. Bouillus verò aliam huius nominis originem adfert, hanc nempe: Fuisse, inquit, hanc regionem olim prælocorum angustia, (vt pote inter Alpes sita) & habitatorum paucitate, tortam à latronibus obsecram, qui prætereuntes aut iugulabant, aut spoliabant. Tum nobilis quidam eam regionem ab Imperatore in titulum Ducatus obtinuit, qui cunctos ex ea prætereuntibus infestos vi armorum summouit, & viam peregrinis securissimam prabuit. Hinc Saluam viam (quæ prius Mala via, vulgo Malvoie vocabatur) eam in posterum, vulgo Saulvoie, vocari iussit: inde Latinis Sabaudiam fecerit. Hęc Carolus Bouillus. Fabula sitne, an historia, fides eius sit apud auctorem. *Sabaudiæ certè vocabulum, scio non semel in libro Notitiarum nominari*, inter Narbonensis Gallie prouincias. Sed liber hic quoque adiungere eius descriptionem ex Paradini historia quam de ea edidit, is ita: Regio quæ hodie Latinis Sabandia (vulgo Saooie) vocatur, veteres *Allobrogum* ditionem vocauère. Habet Sabaudię Ducatus sub se Pedemontanam regionem, Principatus titulo decoratam: item regionem Bressanensem, in qua sunt Comitatus Varaz, Montreueil, Pont de Vaulx, Bagey, &c. Antiquorum monumentis constat, totum hunc tractum olim Regni titulum habuisse: idque temporibus Hannibal, qui à Bronco & eius fratre de huius tractus regimine disceptantibus arbiter factus, discordiam sedavit, maioriique natu, qui à iuniore regno pulsus erat, imperium restituerat: vt resert Liuius lib. 21. Betultum (aut, vt alij legunt, Bitutium) eorum regem à Q. Fabio Maximo captum, scribit L. Florus. Cottij etiam regis (a quo Cottiae huius tractus Alpes) meminere plutiini auctores, tempore Augusti Imperatoris.



## PROVINCIA.

**H**IVIS Tractus loca celebriora describit Guilielmus Paradinus his verbis: Arelatem Sextanorū Coloniam fuisse tradunt scriptores. Ea ciuitas ad Rhodanum vnde septa est paludibus; in quibus hodie præferoces aluntur boues. Olim nobile Emporium fuisse, Strabo auctor est his verbis: Narbo (inquit) amplissimum eius regionis Emporium, supra exitum Ataxis fluminis, Narbonensemque lacum iacet: Rhodano autem adiacet oppidum, Emporiumque non paruum, Arelate. Arelate vicinæ sunt Aquæ calidæ, apud quas Sextius, ut idem Strabo ait, oppidū sui nominis ædificauit, vocauitque hoc Aquas Sextias. Condédi oppidi consilium fuit, ut illic Romanum collocaret præsidium. Illic casos fuisse Cimbros à Mario, scribit D. Hieronymus. Arausio (hodie Orange) Cabilonensium imperio olim insignis; in qua Theatri ingētis ruinas, & stupēdi operis murum quadrato assabré lapide vidimus, & cui haud scio an Gallia vniuersa similem habet. Est & ad portā qua Luggedunum spectat, Arcus triumphalis cum insculpta equestri pugna, quamdiu magna voluptate spectauimus. Huc & Nemausum pertinet: Amphitheatro antiqui operis visendum, (Arenas vocant.) Mirum illuc ostendi subterraneū meatum, qui per transuersum Rhodanum sub ipso alveo ductus, in procul dissipatam perueniat ciuitatem. Est & Basilica Plotinæ, quam Hadrianus Imperator exædificauit, auctore Spartiano, &c.



**MARIS MEDITERRANEI PARS.**

BVRGVNDIAE COMITATVS.

**D**IVIDITVR hæc regio hodie in tres diœceses, sive præfecturas; Superiorum, Inferiorum, & Deplanam: quarū ciuitates sunt in superiori, Graium: hæc inter præcipias huius Burgundia compatur, in ipsa Araris ripa sita est, variarum opum dives, & magnificarum ædium spectabilis, habet ex altera parte patentes & omnīum rerum copia secundissimos campos: Vesulium: sunt huic fortissima mœnia, & ædes luculenter extructæ, vitiſerum haber folium. Mombosum, Iussinum, Palmam. Dubidi fluuiο imminentem, Portuzonam secundum Araris littus positam, Cromarum, montem Iustini & Fagneum. Inferioriſ sunt Saline, amplissima ciuitas, à faldis & altis fontibus nominata & celebris, sit enim hic sal candore præstans, quod hinc in finitimas regiones curribus exportatur, unde regioni maximū vegetal, munitissima est, & celsissimi turribus, duabusq; arcib; si mīata: Arboriū, per amēno hoc loco ſitum, atque omnium rerum copia, in priuatis optimi & ad vetuſatem durantis vini, florenſ ac celeberimū eſt: magnis circumquaque suburbis impeditur: foſis cingitur, ſed hortenſibus. Polichinium non inconcinnum oppidū, moenibus & turribus pulcherrimis munitum: intus adiacente arce. Pontadum in ima duorum montium planitie, secundum Dubidis fluuij littus positum, iuxta eſt arx Iura munitissima in iugo editissimo montis collo cata, adeo ut inexpugnabilis videatur: Nazarethum aërio colli impositum, vmbiliciū huius regionis agnoscēres: ædes in ea fere omnes lapideaſ sunt: Princeps regionis hic arcem habet quā Plumbæ nominat, ex eo quod plūbo in teſta ſit, nundinę hic habētur quater in anno. Caſtrū Caroli à Carolo Imp. cui ob res gestas Magno cognomē fuit, edificatū at: nominatū, ſitu nobile & validum eſt: Mons Morori in monte non arduo, viribus conſto: Orgelium mercimonij florens, incoſtrūtū ſunt induſtrij & negotiōſi, lanificio operam dantes, ager minimē ferax, aſſiduis enim collibus & ruſibus aſper. Dolanæ ſunt: Dola, regionis huius totius celeberrima, omnium ſtudiorum, in primis iuris nutricula, pontibus, moenibus, & ſtupendis propugnaculis ſumptuosa. ædes, templa, gymnaſia, vt operā magnitudine, ita architectura artificio non mediocriter alſipientem ſeſtos oblectant: Quingiuū veruſtissimum oppidum in Lupæ ripa ſitum: Ornatum inter excellissimos montes Lupa piscoio fluuiio interluitur: Loya, pagus amplissimus, Rochafortis oppidulum: Vercella moenibus ruina deſormibus. Eſt item in hoc Comitatu Velontio, urbs Imperialis, & vtriusque Burgundia metropolis, cuius, quia pro eius dignitate deſcriptionem hæc pagina non capiat, & Gilbertus Cognatus, Paradinus, item Georgius Bruno, in suis ciuitatum voluminibus hoc ſatis accuratè preſtitere: ne ea hic plura dicere ſupercedamus.



## BVRGVNDIA DUCATUS.


**V**RBS huius regionis primaria quondam erat Augustodunum, nunc autem Dijon vel Diuionum, ut Gregorius Turonensis lib. 3. eam vocat, incolis Dijon, in qua supremum huius Ducatus Tribunal, siue, vt recentiores loquuntur, Parlamentum. Sita est ad Olearum fluuium (Ouse vernacula) pliculentum in agro fertili & adinodum secundo, vini quoque nobilissimi in adiacentibus montibus feraci: vt habet dictus Turonensis, qui eam elegantissime describit. Ab Aureliano Imp. conditam hanc, sunt qui credunt, et si alii sint qui eam multo antiquiorem afferant. Vrbs hodie munitissima, & sita naturali, & artifice manu contra omnem hostilem impetum, aliquot propugnaculis nuper exstructis, affirmata. Belna (Beaulne) vrbis secundum locum obtinet, cuius vina Belnensis ab huius territorio sic nominata, nemo non laudat. Hæc vrbis xadiicij pulcherrima, & arce à Ludouico XI. exstructa, in expugnabilis reddita. Est & in ea Xenodochium, siue hospitale, vt vulgus vocat, quod structura adeo excellit, vt Regis quamlibet magnifica componi possit. Cancellaria hic quoque siue Iuris præfectura sedē habet. In huius agro Cisterciens Coenobium exstructum fuit circa annum 1198. à Duce Othono. Habet hoc monasterium sub se mille octingenta alia monachorum, totidemque virginum monacharum claustra, teste Belleforetio.

Sequitur Augustodunum, Austrum hodie dicitur. Vrbem hanc quondam amplissimam & populissimam fuisse, ex auctoribus, imprimis Cælare, omnibus constat. Viuntur etiam huc magna theatri, preterquam statuarum, columnarum, aqueductuum, pyramidum, ruinas, aliae innumera vetustissima monumenta. Effodiunturque insuper quotidie numismata, vasculaque, & alia id genus antiquæ suppellestilis fragmenta. Duo excidia pa tulit hæc vrbis memorabilia: prius bello Gallico, duce Cælare, posterius circa Gallieni Imp. tempora. Hodie adhuc superbis vndeque templis, xibusque publicis coruscat.

Deinde est Matilona Cælaris, aut Matilonea castrum Antonini, ubi Legionex, locat id est, Mafcon hodie appellatur. Hæc quondam Comitatus titulo celebris fuit. Ponte hæc vtrumq. Araris ripam iungit. Hic primum coepit Dominicus dies Christianorū ferijs celebrari: ut docet ex Gutzrami edito Paradinus, Historiam huius vrbis Matillana (ut ipse legit) peculiari & elegati libellulo descriptus Philip, Bugnonius. Cabillonum (Chalon) etiam ad ripa ciuilem Araris, antiquitus Orbandal nominata, tradit Petrus Sallianus. Guntramus aliquando regia fuit, quā tamen Lotharius Ludouici Pij Aug. F. postea euerit, incedioque conflagravit tanto, vt illic fuisse ciuitatem nemo agnosceret. Hodie nihilominus eximiè felix, & conuenientis in mercimonij idonea. Est & Semurium in Mandubis oppidum non in elegans, loco editio. Snt & alia, ut Chastelion, Flauigni, Soloigne, Noters, &c. quorum omnium decriptionem quia hæc pagina non caperet, ad Belleforetum, horum locorum diligentem topographum, studiosos relegamus.

BVRGVNDIAE DUCATVS.


27



E 3

L O T H A R I N G I A.


**R**E G I O titulo hæc regio olim decorata fuit: quo tempore in duas partes diuidebatut: quarum vnam, quæ Coloniæ Agrippinæ sedem regni fixerat, Inferiorem; alteram quæ Mediomatricibus Regiant constituerat, Superiorem appellabant. Hæc illa est quæ hac Tabula repræsentamus. In insignibus brachium ostendit è cælo exertum, strictum gladium pugno ténens, quo significatur. Lotharingia Duces, soli Deo & gladio ditionem suam acceptam ferre. Sub hoc Ducatu cōtinentur Comitatus Valdemontius, Verdunensis, Blamontius, Denmanchius, Marchensis; Marchionatus Pontinus, & alij. Præcipue eius vrbes sunt Nanceium, quæ inter reliquas principem locum tenet; Tulum, Nouum castellum, & aliæ. Vaugionum regio (*Vaugemoiteux vulgò*) sancti Nicolai Fanū, & quidquid tetrarum inter siluam Arduennam & Germaniam interiectū est complectitur. Barrensis Ducatus à Lotharingia Mosa flumine separatus videtur, pertinētque usque ad Nouum castellum. Vrbes insigniores habet Barum Ducis, Mottam, Ligniacum, Areum, aliásque cōplures. Hinc descendantibus secundū Mosæ ripam occurruit Commerciū, & Vauolorium, ditionis partim Gallicæ, partim Barrensis.



CALETES ET BONONIENSES.

**D**E hoc traxtu Bononiensi sic dicit Robertus Coenalis, de re Gallica libri 15. Perioche III. De Gesloriaco Morinorum portu recte cum Meiero dixerim, verè dici Boloniam maritimam, à qua ad Douerium portum Angliae, breuissimus est traiectus. Gesloriacum autem nauale (quod falso Gaudium Bilibaldus affirmat) potius crediderim esse Castellum, nunc *Cassel*. Sunt qui alio nomine, Petressam vocant, & Scalas, vulgo *Scales*. Porro ex Boloniæ situ facile est conjectare, an Iccius portus dici debeat. Quia in re ne quis hæsitet, illud ex Strabone sciendum, Interiectum maris ab Iccio in Angliam, trecenta viginti, nec amplius, stadia complexti; quæ ex æquo constitutæ milliaria quadragesita. Porro Tabulae recentiores designant à Bolonia ad Douerim milliaria Anglicana sexdecim, nempe Italicas longiora, à Calesio vero octodecim. Quæ liquidò constat, à Bolonia in Angliam interiectum esse breuissimum. Differunt itaque portus Gesloriacus, & Gesloriacum nauale: quod nouissimum si quis Casletum dixerit, nolim cum eo contendere. Hæc ille.

Hanc ipsam Boloniæ his verbis depingit Arnoldus Ferronius: Est autem Bolonia & inferior, quam vocant, & superior. Bolonia inferior, vicus non septus moenibus ante Anglorum aduentum; ibi fanum Diuo Nicolao sacratum, & aliud Franciscanorum Sodalium. Mare Anglicum, vicum alluit: propè Fanum Sodalium, quod non longè abest à mari, facilissimus traiectus in Angliæ. Abest à Bolonia superiore centum ferè passus, & eo quid forte amplius. At Colonia superior, cincta moenibus validissimis. Ibi fossæ præaltæ, muros ambientes. Tonus ille locus fabulosus, ex eo genere, quod fabulum feruens maritimi homines vocant. Vnde Boloniæ nomen à feruenti fabulo, Gallico nomine inditum putant, tametsi vetus esse nomen ex Ammiam, Marcellino videamus.



## VEROMANDVI.

**H**VNC tractum, quem olim Veromandui inhabitauit, hodie adhuc retento antiquo nomine *Vermandois* vocant. Hinc duo flumina Soma & Schaldis originem sumunt. Hic olim teste Roberto Cœnali fuit Augusta Veromanduorum, nunc diuina, restante pro reliquiis Cœnobio, sedes olim Episcopalis, sed sub Medardo eius Pontifice Noviodunum translata, ut Car. Bouillus auctor est. Locus tamen etiamnum hodie antiquum nomen tuetur, atque *Vermand Abbaye* appellatur. Ex quo errare videntur ij qui sancti Quintini Fanum (ut hodie vocant) Veromanduorum Augustam esse opinantur. Vide de ijs populis sententiam Petri Diuæi, in libello Antiquitatum Galliæ Belgicæ.



## GERMANIA.


**G**ERMANIA Europæ maxima latissimaque est regio, multis distincta nominibus; cuius termini ab Auctoriis, ut quisque sui temporis rationem sequutus est, adeò varie describuntur, ut triplicem quasi Germaniam, secundum eius atatem facere videantur; Vitem nempe, Mediam, & Recentem. Vetere vocabimus Berorianam, quam Rheno, Oceano, Tana, Ponto Euxino, Danubio, cuiusque accolis circumscriptit. Media erit, quam Tacitus Ptolemaeus, & Plinius, coetanei ferè, cognoverunt; quæ cùm ex ipsius Auctoriis satis nota sit, non opus videtur hic denuò eam describere. Postò recens Germania, quæ nostra est memoria visitior, ultra Rhenum eatenus est extensa, ut omnes ferme Belgas usque ad Alpes Tridentinas contineat. Ita quoque ultra Vistulam Ortam versus usque ad Scythas Alanos, quos hodie Lithuanos appellamus, pertinet: eritque eius longitudo ab Iccio portu vulgo Cales, usque ad Lithuaniae fines: habebitque latitudinem à Mari Germanico, Venedicoque, ad Alpes usque.

Hæc Germania quæ hodie Romani Imperij titulo reuerenda est, pulcherrimis munitissimisque urbibus, castris, pagis, incolisque adeò reserta est, ut nec Italix, nec Gallia, neque Hispania, cedere debeat. Habet frumenta, vineta, amnes piscochos, quibus facilè cum fertilissimis regionibus cerrare possit. Sunt fontes aquæ dulcis, sunt thermæ calidæ, sunt minerae salis plurimæ. Metallorum autem, nempe auri, argenti, stanni, plumbi, æris, & ferri copia, nullis unquam cessura est Regnis. Quin etiam urbanitas, & morum ciuitas, vestitus honestus, rei militaris peritia, apparatusque bellorum, & nobilitas nullibi maior. Hæc illa est, quæ olim, ut Cor. Tacitus testatur, in universum aut siluis horrida, aut paludibus foeda fuit.



## GERMANIA INFERIOR.

**E**XHIBET hæc Tabula non totam Germaniam Inferiorum, sed huius dumtaxat partem; eam nempe, quam Philippus Caroli V. Imperatoris filius in ea hereditario iure possidet. Continetque has septemdecim ditiones; Ducatum Brabantia, Limburgi, Lutzenburgi, & Geldria; Comitatum Flandria, Artesia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Namurci, & Zutphania, Marchionatum Sacri Imperij; Dominia Frisia, Mechlinia, Ulraiecti, Trasysalana, & Groeninga. Regiones, si quæ alia, cultissimæ; ut in quibus (teste Ludouico Guicciardino) numerantur 208. urbes, muri, aggeribus, aut fossis munitæ, & plusquam 6300. pagi, templis turrigeris insigniti; præter villas, castella, & arces, quorum in his non exiguis est numerus. Habetq; hic tractus (principium sumendo ab Orientali maritima parte, ad flumen Amisium (vulgò Eems) huius ad Oceanum terminus) hos Principes vicinos: Comitem Frisiae Orientalis; Episcopum Monasterensem; Ducem Clivu; Archiepiscopu Colonensem, & Treurensem; & demum Regem Gallia, usque in oram maritimam ad flumen Aa, quod huius terminus est ad Occidente. Aët etsi in eo plus aequo humidus videri potest, incolarum tamen sanitati, nec non digestioni admodum conducere putatur, vt qui homines longaeuos, præcipue in Campania Brabantia parte, nutrit. Fluminibus irriguis vndique irrigatur. Nemoribus silvisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut Regionis decor exigit, sparsim ornatur. Montes non habet, nisi circa Lutzenburgum & Namurcum; nec non in Hannonia, vbi vijam collibus attenuatur. Fertilis est frumenti & fructuum cminis generis; eriam herbarum, quarum jn medicis vsus est. Nonnullis ramentis in locis, q;æ incolæ, obericæ herbæ inibi frequentiam, Ericeta, vocant, veluti sunt ijs Brabantia Campania, &c. horum minus ferax; sed huiusmodi Ericeta miru quād leta pœfœa pecoribus preheat, adeo ut nusquam gentium (etiam vicinatum Regionum testimonij) carnes gustum sit auorem habeant. Animalia humano generi noxia non producunt.



LEODIENSIS DIOECESIS.

**C**ONTINET hæc regio sub nomine suo Leodiensis diœcesis, Ducatum Bolionum; Marchionatum Francimontij; Comitatū Hasbaniax, (aut *Hispengovv*) & Loots; multasque Baronias, ut vocant. Numeranturque in hoc tractu, præter Traiectū, cuius media pars Duci Brabantia paret, vigintiquatuor vrbes muris munitæ, & mille septingenti pagi templis turrigeris ornati, multæque Abbatia & Dominia. Vrbium nomina hæc sunt: Leodium, ad Mosam vbi Episcopi sedes, & vnde regioni nomen: Bolionum, Francimontiū, Loots, Borchworm, Tungri, Hoium, Hasselt, Dinantum, Masacum, Stochū, Bilsenum, S. Trudonis, Visetum, Tuinum, Varem, Beringum, Herck, Bree, Pera, Hamontium, Sineum, Fossa, & Couinum.

Regio est admodum amœna, omniūmque rerum fertilis & secunda, in primis versus Boream, qua se Brabantia iungit, ibi frumenti & omnis generis fructuū valde ferax, non nullis in locis etiam vinum ferens; versus Meridiem vero, quæ Lutzenburgum & Galliam attingit, paulo sterilior, montibusq; al-  
terior, & nemoribus (Arduennæ enim saltus totius Gallia, auctore Cæsare, maximi, hic passim cernuntur reliquie) horridior. Hæc facies soli exterior: in-  
tus autem & in visceribus, metallorum & varij generis marmorū vbiq; di-  
ues est; item carbonum lapideorum, quibus loco lignorum ignes exstruunt;  
atque hæc omnia ea bonitate & præstantia, ut trito proverbio dicat, se habe-  
re panem pane meliorem; ignem igne calidiores, & ferrum ferro durius.

LEODIENSIS DIOCESES.

34



F 2


L V T Z E N B V R G V M D V C A T V S.

**R**Egio est ut plurimum montosa, & nemoribus passim obsessa; in cæteris satis culta interiusque siluae multis in partibus excindi, solumque in foecundissimos agros conuerti vidimus. Gens portio ex parte Germanica, regione tamen Gallicam spectante, eius quoque nationis moribus linguaque vtiens.

Vrbs primaria Lutzenburgum, aut si manis Ducenborgum, utroque enim modo, sed sine delectu aliquo, scriptum reperio, orthographia enī, yti & etymologia, incerta est. Sunt qui eam ab Elza flumine hanc vrbem percurrente (Aliozontia forte Antonini) quasi Elzenburg, & corrupte Lelzenburg dici putant, alii eam ad Melusinę prestigiatrixis historiam anilem referunt, sed huiusmodi nec probate, nec refellere animus est. Hic Consilij supremi sedes & tribunal. Vrbs est satis munita, sed inæquali situ. partim enim in monte, partim in insima & præcipiti valle exstructa, disparili admodū forma se spectandam præberet. Sequitur Arlunum, iugo collis impositum, oppidū satis elegans. Lunam deam hic olim gentilicio more cultam, & inde nomen habere, quasi Ara Lunæ, piant. Deinde est Rodemachera. Thionis villa, in ripa Mosella; præsidium hoc totius regionis, & contra hostiles quemuis impetum oppidum tutissimum. Grauemacherum & Coningsmacherum oppidula ad eundē fluuium sunt. Dierichum ad amorem Suram est. Virtonum & Echternachum, item Vianda. Bastonacum quoque oppidi, emporium totius regionis ferè. Ardunne siluae imminet. Sunt & Malmedium, Nouum castrum. Danuillerum, Maruilla, Bocha & Durbis, vrbeculæ minimè negligendæ. Item 5. Viti vrbis, Matza, Iuosium, Chinium, & Ferta.

LVTZENBVRGVM DVCATVS.

35



F 3

## HANNONIA.


**V**RBEs in hac regione primarie sunt Montes & Vallencenæ : hæc ad Scalidim flumē quā id nauigia ferre incipit, sita: amplitudine & vallatis mœniibus inelyta est. Plebs mercimonijs & negotiatiōnibus ut plurimi indulget; magnumq; fibi emolumētū ex eo panni genere quo d vulgus fuscettas, & in hac vrbe magna quantitate texitur, atq; hinc in remotissimas orbis regiones auehitur, parat. Iila fluuiolo Trullę inside; mediumq; regionis ferè occupat. Vrbs admodū munita, atq; aduersus hostiū insultus tutissima. Plebs opulenta, plerūque rem faciēs ex telā quādā genere, quod vernaculaſayam appellant: cuius ibi ingens copia conficitur. Sunt præterea Condatū, Halla, Angia, Malbodū, Aueſna, Bellus-mons, Chimaci, Quercetū, Binchiū, Maric Caroli V. Imp. ſororis à curis diuerticulū, atq; extuctis ibidē adibus plane magnificis, quondā in deliciis habitum; sed posteā ab Henrico I. Gallorū rege incendio & ruina foedatū. Eſtitē Bauacū, vulgariter Bauais, quod nonnulli Bagani vel Bagacū Prolemei esse arbitrantur, nonnulli illud Belgiu Cæſari in suis Cōmentarijs dictū volunt. Hubertus Leodius tamē non existimat Cæſaris tēporibus tam potens fuisse; sed sub Druso Constantino Imp. potius floruisse: idque ex numismatibus qu.e ibi magna quotidie copia huius im.agine signata effodiūtur, colligit. Visitur in huius foro columna lapidea, ſub qua ab incolis inchoare omnia eiusmodi viarū capita referuntur, que ab eo loco in omnes Galliæ partes, & ſublimi atq; recto tramine exporriguntur. Has Brunehildi opera conſtratas fama loquitur. Eius quoq; nomenclaturā in hunc vſque diem ſeuant. *Chemins de Brunehaul Gallici vulgus, Germanicum verò de hæſſe vocat.* Durant vſq; ho die harū viarū plurimis in locis vſtigia, ſed interrupta. Hx id preſertim miraculi habent, (vt ſcribit Bouillius) quōd ſublimiores ſiat vicinis vtrimeq; agris, quōd inter insignia Galliæ oppida reftiſſimū iter conficiunt: quōd ſiliciniſ lapiſſis, qui etiam vicinis in agris defunt, ſternuntur; adeo vt vel ab humo ebuliuſſiſ ſilices, vel æthere ſublimi eos pluiffe quis iudiceret, vel alia quam humana manu & opera vnde conque tota orbe leſtos, in eiusmodi viarum ruderationem, quis demiretur. Sunt quoque in huius regionis limite versus Molam flumium qua in Galliam iter patet, Carolo-mons, Mariæ-burgum, & Philippo-villa, in hoc traxtū contra Gallorum irruptiones fortissima præſidia; à Carolō V. Imp. Maria eius ſorore, & Philippo eius filio, exiſtuta & denominata.



A R T E S I A.

**T**O TA hæc regio veteri Comitatus titulo insignita, satis latè patet : nam à Cameracē, Picardia, Hannonia & Flandriæ finibus, ad mare vsque Oceanum protenditur. Olim re-gno Francie subiecta , nunc beneficio pacis inter Carolum V. Imp. ac Franciscum I. Gallia Regem an. 1529. initæ, sui juris facta est. Duas habet insignes ciuitates, Atrebatum, & Fanū Sancti Audomari. Oppida sunt, Aria, Hesdinum, Lentium, Bethunia, Bappalma, Fanum sancti Pauli, Lillerum, Perna; qua loqa omnia Regi Catholico parent. Ciuitas Bollonia, Caletum, Guisnea, & Ardea (quæ etiam eiusdem Comitatus sunt) Regi Franciæ seruunt; nam Morinū iam deletum est. Habet & complures arees seu castra, præter innumera nobilium castella quibus pro domibus vtuntur. Episcopatus duos insignes ab antiquo comprehendit, Atrebatensem ac Morinensem ; sed post deletam funditus Morinum anno 1553. hic posterior in tres sedes diuisus est. Audomarensem, & Ypresensem pro medietate, & Bolloniensem ex altera parte. Balliuatus seu Castellianas maiores tamquam ipsius Comitatus membra aut partes primarias, nouem habet, Atrebatensem, Audomarensem, Morinensem, Ariensem, Hesdiniensem, Lentiensem, Bappalmensem, Aueniensem, Bredenardensem, & Aubigniacensem. Habet insuper h.ec prouincia cœnobia quamplurima , & in his Abbatias octo & viginti ; insigniores autem sunt, sancti Vedasti Atrebatenis, sancti Bertini. Audomarensis, sancti Saluatotis Aquæcinctensis, & Montis sancti Eligij. Plures similiter fluuios habet; celebtiores sunt, Lysa, Scarpa, Aa, Cachia & Authia, præter alios riuos etiam nauigabiles.

Numerus pagorum & villarum totius prouinciae ingens est. Solum ipsum omnium frugum & maximè frumenti feracissimum & abundantissimum est. vnde veteri lingua Gallica *Atrech* (quod solum panis significat) dictum nonnulli scripsere. Siluis etiam & nemoribus non caret, sed præcipue qua parte ad Meridiem & Occidentem spectat : pluissæ autem lanâ apud Atrebato-s suo tempore, auctor est Hieronymus, & alij auctores.




N A M V R . C V M .

**F**ERAX rerum omnium est hęc regio, quibus vitam humanam tueri est necessarium. Ferri-fodini hęc multę sunt. Eruuntur quoque lapides atri, aut potius carbones lapidei, quos nos Teutones & teenkolen/ incolę (quemadmodum & Eburones, apud hos enim, equi) reperiuntur.) Hoille nominant, *λιθόπαξις* vocant eruditii. Horum lapidum mira est natura: cum cetera namque omnia oleo inflammescant, isti astuta aqua inardescunt, oleo autem extinguntur. His indignae vicinęque regiones, (hinc enim in proximas regiones exportantur) luculentos ignes in ædibus exstinxunt: ferrifabri quoque ferrum facilius quam alia quavis materia, molliunt. Sunt hęc quoque lapicidinae ex quibus nigra, subrufa, item variegatae coloris marmora exciduntur, quibus circumiacentium regionum ædificia, templaque magnifice exornantur, ynde hęc tractu non parua diuitiae accedunt.

Habet hic Comitatus quatuor vrbes mœnibus firmatas, Namurcum, Bouinum, Carolomontium, & Vallencuriā. Namurcum, vti diximus, primaria est ciuitas, Episcopali sede nuper ornata: sita admodum oportunè in duorum fluminum, Mosæ scilicet & Sambra, confluentialia, virtusque fluminis ripas pontibus lapideis connectit. Hęc Consilium rotius regionis. Bouinum in ripa quoque Mosæ fluminis laea est, oppidum pulcherrimis ædibus, frequenter incolarum olim spectabile, nunc autem bellorum rabie toties deformatum, non adeò elegans. Carolomontium arx est, si quis alia inexpugnabilis, ad ripam item Mosæ à Carolo V. Imp. ædificata & nominata: ad pagum Giuet dictum, in montis fastigio visitur, Vallencuria neque est contemnendum oppidulum. Sunt insuper sub huius Comitatus nomine præter Abbatias quamplurimas, pagi octoginta duo; inter quos quidam, vt Floreū, Valcīx, Sanson, &c. amplitudine & elegancia visque adeò præminent, vt cum oppidulis certare possint.


N A M V R C Y M.

38



B R A B A N T I A.

**C**ONTINET hæc Brabantia vigintisex ciuitates, vallis, fossisque & muris circumdatas. Suntque hæc: Antuerpia, ad Scaldim sita, emporium non solum Germaniæ, sed totius Europaæ celeberrimum: Aedes prætorias magna impensa recenter exstructas in ea videre licet, curus in tota Europa vix similes reperias. Bruxellæ, vrbis fontiū perenniū scaturigine nobilis. hic Principis sedes est, eoque aulicorum frequentia, nobiliumque virorum magnificèntia, spectabilem reddit. Louanium, amplissima vrbis, hortos, vineta, pascua intra moenia claudit. Musarum domiciliū propriè dices, obque id Academiam omnium scientiarū refertissimā ibi constituit Brabantia. Dux Iohannes IIII. Sequitur Mechlinia, Concilio regio, quod Parlamentū vocant, insignis. Buscumducis vrbis minimè negligenda, Iudo litterario excellens, & pugnaci populo quondam celeberrima. Tiena, ad annem Gera, vnde casei, qui inde nomē habet, magnus prouentus. Levva, optima cerevisia nobilis. Niuella est in hac vrbis Canonicatus feminæ sexus, in quem duxat nobili sanguine oriundis Heroinis aditus patet. Arscotū ad annum Demeræ sitū, olim Marchionatus titulo, postea à Carolo V. Imp. Ducatus elogio dotatū, Berga ad Somam, à flauiole sic dicto, quod eam irrigat, cognominata, oppidū aliquando nundinis felix, nunc verò ob Antuerpiae vicinitatē, minus ab exercitis mercatoribus frequentatur. Megem ad Mosam sita. Breda oppidum luctulentum, ædificijs perpolitiis ornatum. Steenobergerga in maris littore; hoc olim emporium admodum florens fuisse fama resert, hodie verò ad nihil ferè redactū, luger. Lita, elegans oppidū & amoenū, adeò vt multorū huius tractus nobilium in otio degentium, a curis & turba recellus sit. Vilcuordum: hic atx munita, & Principis career est. Gemblouts, siue Gemblacum. Abbas huius oppidi profani æquè atque ecclesiastici iuris hoc loco supremus est. Iudoina, olim ob aëris salubritatem Principum huius regionis incunabulum. Hanutum, quondam Comitatus, vt fertur, loco fertissimo situm. Landen, vetustissimum Brabantia oppidum nonnullis putatur. Halen, hellicis fortibus penè excisum iacer. Diesta, ad profluentis Demeræ fluminis viraque ripam exstructa, vrbis speciosa, & lanificio, incolarum maximo è molumento, dedita. Sichenum, ad eundem fluminis oppidum non ignobile. Herentals, lanificio quoque vitam parat. Endouia, in meditullio ferè Campaniæ ad Dommelam annem. Helmont, cui castrum adiacet.




## F L A N D R I A .

HANC Flandriam in tres partes diuidunt, in Teutonicam, Gallicam & Imperatoriam, quam & Proprietariam ( quod nunquam Superiorum præter Flandriæ principē agnoscit ) nominant. Teutonica Flandria has habet urbes; Gandavum, Brugas, Ypram, Curtracum, Aldenardam cum Pamelia, Neoportum, Furnas, Bergas, Slusam, Dartnum, Bierfletum, Dixmudam, Casselum, Dunkerkam, Greuelingam, Burburgum & Hulstum. Gallica; Insulas, Duacum, Orchianum, Imperatoria; Aloustum, Teneramundam, Gerardimontium & Ninuā. Flumina eius celebriora sunt; Sealdis, Liza & Tenera. Regio maximè compascua, in primis Occidente versis. Boues, equosque præstantissimos, belloque aptos gignit. Caseo, butyroq; abundat. Tritici admodum fecunda & nobilis. Populus ferè mercaturam exerceit: atque ex Sino (cuius hic maxima fertilitas & excellētia est) lanaque ( quæ ex Hispania & Anglia huc aduehitur ) pannos lineos lanceosque magna copia conficit, latissimeque distractabit. Habet hec Flandria xxv i i i. ciuitates muro cinctas: M. C. L I I I I. pagos, præter Arces. Castella, & nobilium Aedes. Inter quas est Gandavum maxima ciuitas, tria millaria nostra in ambitu continens. Tribus fluminibus irrigatur, quibus in viginti insulas habitatas distinguuntur. Brugæ, multitudine atque elegantiæ axium, omnes Germanie Inferioris ferè urbes antecellit; emporium olim tam celebre, ut Flandriæ nomen ( inquit Jacobus Marchantius ) per eam occasionem vicinas regiones velut obfuscauerit. Ypra, flumen Hypram habet, fullonibus aptissimum: crevitque lanificio in vastam olim magnitudinem, donec ab Anglis & Gaudensibus obessa, disiectis amplissimis suburbis, magnoperè diminuta fuit.

Quemadmodū triuial: parœmia Mediolanensis inter omnes Christianitatis Ducatus eminere dicitur, ita & hunc Flandriæ Comitatuum ceteros antecellere prædicant. Habet quoque quasdam prærogatiwas, veluti quod eius Princeps se Comitem Flandriæ Dei gratia scribat, quod cum solo Rege communis habet. Nulli enim Principum Christianorum, extra unum Flandrum hoc datum esse, scribit Meyerus; cum aliis omnibus solitum sit addere, Dei clemētia, Deo adminiculante, &c.

F L A N D R I A.

403



## G E L D R I A

**R**Egio hæc est campestris, montibus omnino carens; sed paſſim filuis ac nemoribus ornata. Omniū rerum est fertilis, præcipue frumenti fœcūda; & ſupra modū paſcēdis pecoribus ob pratorum vbiq; viridantiū luxuriem apta, adeò vt ex vltima Dania emacerata armenta hīc ſaginanda mittātur. Tribus celeberrimis fluuijs, Rheno nempe, Mosa, & Vahali irrigatur. Noiuomagū in ea Metropolis est, cuius territorium Regni titulo decoratur. Cōtinet in ſe Comitatum Zutphanensem; nec non eum tractum quem Veleniā, vulgò *de Veluwe*, vocant. Est autē Velenia, Insula, quæ inter Rheni oſtiū, quod Arnhemiū prēterfluit, & Isalam interiecta, ad mare etiam protenditur, mediocri fertilitatis, nemorum, collumque copia non infrequens. Plurimi, huius insulæ incolas, Caninefates esse contendunt.

Habet Geldria viginti duas Vrbes muris & follis munitas, & ſupra trecētos pagos. Sub Othonē III. eius Comite, maxima ſumpſit incrementa, Ruremūdam enim, Arnhemium, Hardereuicam, Boemeliam, Goch & wagening opida, tunc temporis villas, muris cinxit, & ciuilibus Priuilegijs consecravit. Comitatus Tirulo vſque ad Reinhaldum II. insignita fuit: ſed cum huius Reinhaldi non ſolum virtus, ſed & potentia vichnis regionibus formidabilis eſſet, ac fama iuſtitiæ, pietatis & fidelitatis ipsius erga Romanum Imperiū increbresceret, Francoforti in publicis Comitiis à Ludouico Imperatore, Dux consecratus eſt, præſentibus Rege Galliæ, Rege Angliæ, & Electorum Collegio, Anno Christi, millesimo trecentesimo tricelimo nono.




Z E L A N D I A.

**Z**E LANDIA nomen recens est, ac veteribus incognitum à terra ac mari conflatum, quasi dicas, Terram ac solum maritimum: mari enim vndique cingitur, multisque insulis distincta est, nempe quindecim, tametsi paucis ab hinc annis magnam cladem huic regioni Oceanus intulit, cuius sauitia atque immanitate, magna Zelandiæ pars, diuulsis ac dissipatis funditus aggeribus, salo oppressa est, atque mari æquata: subsistunt tamen insignes aliquot insulæ, quarum tres præcipuae cum Oceani æstu continenter luctantur, atque immensis sumptibus, aduersum barbarum hoc atque indomitum elementum ægrè se tueruntur. Inter has primū ex alto in portum delatis se offert V Valachria, vel ab eius cultore sic denominata, vel (vt coniijcio) à Gallis, qui hanc oram frequentabant, qui Belgica voce etiam nunc *V Valen* vocantur; aut ab ea parte Britanniæ, in qua versus Occidentem consistunt *V Valli*; apud Anglos præcipuae nobilitatis viri, à Gallis etiam oriundi, quod idioma eorum adhuc indicat, &c. Hinc Aquilonem versus, aut ab Ortu solstitiali opposita est Scaldia, à præterlabente Scalde flumine sic nominata, &c. Suytbeuelandia, quæ à solo Austro opposito sic denominata est, spacioſiſſimo amœniſſimoque versus Flandriæ ac Brabantia oras tractu exponrecta, tametsi paucis ab hinc annis maximam iacturam passa, dimidio iam sit angustior.

Z E L A N D I A .


42



G 2

## H O L L A N D I A.

**R**E<sup>G</sup>IO est hec Hollandia ubique ferè mari, Mosæ, Rhenique ostijs, instar pánis salæ septa, non admodum spatioſa, vt qua sexaginta miliaribus nostratis in orbem tantum pateat. Continet tamē vnde trīginta vrbes muris cinctas; qua fūt: Dordracum, ante centum quinquaginta plus minus annos insula maris inundatione facta: hæc quatuor fluminibus alluitur. Vrbe est potens, ciuibus locupletiss. habitata, & pulcherimis adib⁹ tam publicis quam priuatis exculta. Magnus hic mercatorū confluxus, est enim hic stabulum (vt sic vocem quod vulgo **Gapel** vocant) Rhenen⁹ vini, frumenti, materiarum, aliarumque mercium qua Rheno, Moſa que in has regiones nauigio venalia importantur. Harleum: amplissima hæc est totius Hollandiæ vrbs, sita loco per ameno. Mœnia egressi statim occurrit nemusculum, quo ciues se festis diebus à labore & curis refocillent, idoneum, Delfium, à fossa quā **Wetst** vulgo appellant, nomen habet. Lanificiū hic ciues exercent. Optima hic etiam cereuisa coquitur, que plurima in Zelandiam alportatur Leyda, ad Rhenum non longe ab eius olim ostio, quod nunc arena obstruuntur. Oppidū huius regionis vertutissimum putatur, à Legione enim Romana hic olim hibernante nomen habere credūt. Gouda, ad Isalam annem, quo Gouda fluvius (à quo vrbs nomen habet) euoluit, sita. Incolis fr̄e quens est. Amsterodamū, ad finum Tia vocatum magnifice exstructum, emporium est his partibus populosissimum. Per singulas fere plateas Venetiarum instar, nauigio si maius quam pedestri itinere, negotia sua quiuis obire potest. Secundum ea vrbs post Antuerpiam, in mercatura nempe, locum habere, vulgo prohibetur. Enchufa, ad littus maris, quod vernacula **Sunderzee** appellat, sita. Nauij maximarum fabrica, etiam exteris innotuit. Horna, ad eundem finum posita Nundina hinc celebratur mense Maio, vbi butyri cascique maxima ad miraculū vlique copia distractahit. Alecmaria: hic locus caſei butyrique prouenti ceteras huius regionis ciuitates antecellit. Purmerendū, arec Comitum Egmondanorū clarum est. Edamum, fabricandis nauibus, & optimis caſeis, etiam nomen meruit. Monichedamū præterea, VVespa, Nardū, & VVoenda. Dein Adiquā veteres. **Oudewater** dicunt. Cannabis in huius territrio magna fertilitas, adeo vt hic ferè omnia retia, funes atque rudentes quibus Hollandi, Zelandique in pīcationibus vntuntur, conficiant S: hoonhovum, quasi ad bellos hortos dicās. Hic falmonum (quorum hic etiam stabulum, vt vni diximus Dordraci esse) aliud pīca jo. Postea est Iſelstenu, Viana: Item Lerodamum, Alpera, & Hueckelen, vrbeclis in orbem ad annem Linga sita, quingentis passibus dumtaxat ab invicem distantes. Gorichum, & VVorichum, ad ripam Vahalis fluuij ē regione exstructa sunt. Sunt deinde Hueden, Roterodamum, Schiedamum, & vterque Mons, alter à Diua Gertrude, alter à septenatio numero notus est. **Seuenbergen**, & **Wer**truyden-berge enīm appellant. Alia prete ea quæda eppida habet, vt Medemblichum, Beuerovvicum, Muida, Neoportus, Vlaerdingi, & Grauefanda. Supra quadringentos insuper pagos, inter quos supereminet Haga, quam Comitis cognominant,



## F R I S I A.


**F**RISI veteribus fuerunt, qui littora Germaniae Aquilonaria tenent; vna gens, vnis moribus, longo licet interuallo distans per Germaniae littora. Ab Hollandia enim in Occiduum sumpto initio, Orientem versus per Gelriam, Isalam Rheni ostium, Dioceses Traiectensem, Monasteriensem, & Bremensem, ad Albim fluum usque pertingit: Deinde ex latere Holsatiae in Iutiam, quæ & Cimbrica Chersonesus, se flebit, intercisa aliquando paludibus (quas immensos lacus vocat Tacitus) aliquando maris finibus. In horum finibus Amisia iuxta Emdem, in Oceanum effunditur. Iadera amnis, cuius Ptolemaeus meminit, qui Iada vulgo appellatur, Frisia lambit; à quo adiacens ora Budigen dicitur. At Vidrus inter Bulactores, nunc VWestphali, & Frisos fluens, & in mare inter Rhenum & Amisiam egrediens, Nigra vnda dicitur.

Hodie non tam late patet eorum nomen, diuidunturque Amisia fluuio, in Occidentales & Orientales. Occidentalis, Frisia nomen quasi proprium sibi antiquissimo iure vendicauit, cæterisque semper præstantior est habita: partaque ab Isalæ seu extremo Rheni ostio ad Amisiam usque, fluum: & Ostergoam, VVestergoam, Septem siluas, Groeningam inclytam urbem, cum circumiacenti territorio complectens, pecore pascuisque exuberans, & pagis aedificijs plusquam illa alia regio exculta, cui Transsalana cum Drenta, Tuendaque iungitur.




**R**Egio est satis frugifera, sed earum rerum, quæ magis alendis gregibus quam hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, ut sunt poma & nuces, item glades, quibus saginantur porci; his enim in primis abudat, & horum pernas fumo exsiccatas longè latèque apud exterios distrahunt: nomen enim inter cupedias mensarumque delicias merentur pernæ westphalicæ, ut vocat. Has etiā crudas edere, incolis non insuauit est. Fertilior est circa Susatum & Hammonem; & fertilissima in ditione Paderbornensi ac Lippiensi. Compascua est Monasteriensis dioecesis; item is tractus qui alicubi Virsurgim fluum respicit. Nemorosa est per totam Surlandiam, & Bergensem Comitatum; metallis non caret in ditione Coloniensi; & Comitatu Marchico. Gentem habet venustam, elegantis & proceræ staturæ, fortem, robustamque corpore, & audacem mente. Militiam habet copiosam, promptamq; ad arma, & mox paratam.

Verè westphaliae ciuitates primariæ sunt Monasterium, Dusseldorpium, wesalia, Oldenburg, Osnaburgum, Minda, Heruordia, & minoris nominis, VVidenbrugge, & Coesveldt.



## THIETMARSIA.

MARSORVM, qui à Marsio originem trahunt, meminit Strabo; eosque ante multa secula ex locis Rheno finitimis, in profundam atque palustrem Regionem migrasse memorat Horum post Thietmarsi, siue, ut vulgo pronunciat, Thietmarsi, ante cccc. annos, antiquiss. Stadrensum familie paruerunt, quorum multos fraude oppresserunt; seque in libertatem, ciecta omni Nobilitate, vindicarunt. Vicit eos Henricus Leo Saxoniq dux. Sed eo ab Imperatore Frederico proscripto, Rex Daniæ V Valdemarus terram occupauit, cumq; Thietmarsorum opera contra Adolphum Holsaria Comitem, & Lubecenses terretur, defecerunt ad hostes; à quibus Rex apud pagum Bornhouet profligatus fuit. Ita denuò libertati restituti, ne Anarchi viderentur, Archiepiscopum Bremensem Principem professi sunt, sed nec tributa soluerunt, nec iussis suis vñquam paruere. Sæpè ab Holsatis tentati, semper eos repulerunt. Imperator Fredericus i i i. terram Ducatus titulo contulit Regi Daniæ Christiano primo: cuius filius Ionnnes, cùm A. M. D ipsis bellum inferret, omnibus suis copijs cæsis, vix cum paucis fuga elapsus est, amissa maxima parte Holsaticæ Nobilitatis. Ab eo tempore insolentiores victoria facti, plurimum negoti Holsaticis Principibus fecerunt. Adolphus filius Regis Daniæ Friderici, hæres regni Noruegiae, Dux Slesvici & Holsatia, indignè ferens illorum pertulantiam, A. M. D. LIX. milites concrabit, cui Rex Daniæ Fridericus i i, & Iohannes frater, socia arma iungunt. Collectis omnibus copijs, capitur Meldorfium, cum tota parte Australi. Deinde intetiectis paucis diebus, per vallum Tilenbrugge copiæ ducuntur: quibus Thietmarsi ex Hemmingstadio ante Oppidum Heydam obuiam proficiscuntur, expulsuri pugna milites ex itinere despatigatos: sed aliquoties repulsi, præclumque renouantes, demum cœduntur, fuganturque, & Oppidum incenditur. Cæsa sunt eo die Thietmarorum tria millia. Dux Odolphus, cùm militibus corinendis, qui se iam in fugam coniecerant, strenue operam nauaret, vulnus accepit. Fuit is dies x i i, Junij. Hac clade accepta, Thietmarsi Regi & Principibus supplices facti, veniaque imperata; in gratiam redierunt: atque ita Thietmarsia, quæ per multa secula libertatem suam armis tutata est, Holsatia Principibus patet.



D A N I A.

**D**ANIA mediis plagiis fluctibus intercisa, paucas solidi continuique tractus partes habet, quas tanta vndarum interruptio pro varia freti reflexioris obliquitate discriminat. Ex his Iutia granditatis inchoamentique ratione Danici regni principium tenet, quæ sicut positione prior, ita situ porrectior, Theutoniae finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interruzione discreta, cum aliquanto latitudinis exremento, Septentrionem versus in Norici freti littus excurrit. In hac sinus, qui Lymicus appellatur, ita piscibus frequens existit, ut non minus alimentorum indigenis, quam ager omnis exoluere videatur. Huic etiam Fresia minor adiacet, quæ à Iutia prominentia sublidentium camporum ac gremij deuexioris inclinata recessu, maximos frugum prouentus beneficio Oceani inundantis assequitur. Cuius refluxionis vis, plus vtilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum exstat. Siquidem tempestatis magnitudine perruptis æstuatijs, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi solent, tanta aruis vndarum moles incedere consuevit, ut interdum non solum agrorum culta, verum etiam homines cum penatibus obruar. Post Iutiam, insula ad Orientem versus Fonia reperitur, quam à continentis angusti admodum aquorijs interiectis abrumpit. Hæc sicut ab Occasu Iutiam, ita ab Ortu Sialandiam prospectat, conspicua necessiarum rerum vbertate laudandam: quæ amoenitate cunctas nostræ Regionis Provincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extimæ remotionis limite pari spatiorum intercapidine dispartata. Ab huius Ortuo latere, Occasuum Scanie media pelagi discicit interruptio, optimam præda magnitudinem quotannis piscantium retibus adigere soliti. Tanta siquidem sinus omnis piscium frequentia repleti consuevit, ut interdum impacta nauigia vix remigij conamen eripiatis: nec iam preda artis instrumento, sed simplici manus officio captatus.



S A X O N I A.

ET si hæc tabula Saxoniae titulum præ se ferat, totam tamen Saxoniam non continet; nam vera & antiqua Saxonia olim comprehensa fuit inter Albim & Rhenum, fluuios, secundum eius longitudinem; latitudo vero, à mari Germanico, & Eydora amne, usq; ad Hassiam & Turingiæ confinia pertinebat. Huius umbilicus & centrum ferè erat Brunswicum. At hodie non ita naturalibus limitibus, vti sunt flumina aut montes; sed secundum Principum dominia aut imperia terminatur. Itaq; hodie Saxonia duplex est, diuiditurq; in Superiorem, & Inferiorem. Superior est, quæ hac tabula exhibetur: hæc titulus Ducatus ornatur: eiusque Dux unus est ex illis Principibus qui Imperatorum electionibus præsunt. Huius præcipua oppida sunt; VVitteberga & Torga. De Saxonia, eiusque antiquitatibus, exstat integrum volumen Alberti Crantzij. Hamelmannus quoque libellum edidit, de Saxonu & VVestphalorum historijs. Item VVitichindus & Munsterus etiam legendi sunt ab his qui eorum sicut & res gestas scire desiderant.

Voithlandia regiuncula his Marchionibus obedit. Hæc Æneas Silvius Adiutorum terram vocat, & Prætorianam, ex eius etymologia vocabulū singens, cum Voit Germanicæ Aduocatum seu Prætorē significet. Nomen ab eo fortia, quod quatuor olim Romani Imperij Prætoribus suberat.

S A X O N I A.


48



New deale  
15

B R A N D E B U R G E N S I S M A R C H I O N A T V S.

MARCHIONATV s titulū huic regioni cōtulit Imperator Hēricus eius nominis primus, cuius incolæ cūm adhuc à Christiana religione alieni essent, sermonie vtebantur Vandalico seu Slauonico: verū posteaquā armis subacti fidem Christianam amplexi sunt, vñā cūm ea Saxonicā lingua receperunt. Tota Prouincia in duas Marcas disperita est, Antiquā & Nouā; quarum hanc Odera; illam verò Albis medianam præterlabitur. Irrigatur prætereà & alijs duobus fluminibus, qui vulgari lingua Spre & Hauella nuncupātur. In ripa Spre exstructum est Berlinum, vbi Principū Brandenburgensium curia est. Hauella Brandenburgū præterfluens illud in duas partes diuidit. Ab hac vrbe tota regio nō accepit. hic sedes est episcopalis, & supremus Marchionum senatus. Brandburgi vocem non nulli à Brandone quodā Franciæ Principe deductam volunt, qui tractum hunc armis olim in potestatem suam redegerit, quorū opinionem vtrumque probabilem reddit Francofurti. vrbiš nomen, à Francorum traiectu deriuatū. Hæc ad Oderam sita est, academiamque habet tota Germania celeberrimam, anno à natali Christi 1506. à Ioachimo Marchione institutam. quin & anniuersarijs nundinis frequen-tatur. Havelburgū ad Hauellam amnem positum ad Episcopi spectat iuris-dictionem.




P O M E R A N I A .

P O M E R A N I A ad mare Balticum sita, à primis cultoribus, patria lingua, hoc est, VVandalica, Pamorzi, appellata est. Ab indigenis inhabitata, & proprijs Dominis gubernata, alienis autem numquam subiecta fuit. Hæc est ubique fertilis, aquis irrigua, stagnis abundas, nauibus peruvia, diues agris, pascuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore, pœtibus, frumento, butyro, melle, cera, & alijs his similibus rebus. Est quoque optimè culta ciuitatis, oppidis, arcibus, & vicis; nec villus est locus in ea vacuus, aut incultus, nisi quem aut lacus aut montes occupant. Huius ripa vallo solidissimo à natura adeò est munita, vt nullam maris inundationem timeat. In hoc littore insigniores eius vrbes sitæ sunt, præter paucas in mediterraneis sitas; vt sunt, Sterinum, Nevgardia, Stargardia, &c. Sterinum olim vicus à pescatoribus dumtaxat inhabitatus, post suscepsum verò Christianismum, & destructâ Vinetam, translato illuc Emporio, adeò efflorescere coepit, vt hodie Metropolis totius regionis sit. Habet sicut amoenissimum, in ripa Oderæ fluminis, à qua sensim in aduersum cliuum assurgit, Vallis ac mœnibus munitiss. fulcitur, Grips VValdum oppidum in Ducatu VVolgastensi, quem alij Bardensem dixerunt; hoc ciuilibus malis diu laborans nonnihil extenuatum est; Anno vero 1456. instituto ibidem Gymnasio, paululum respirare coepit. Iulinum oppidum olim nulli clarissimarum vrbiuum, siue opes, siue domus magnifice exstructas respicias, secundum. Nobile erat VVandalorum Emporium. Tanta mercatorum frequëtia, qua ex Russia, Dania, Saxonia, Sorabis, totaque VVandalia huc confluebat, quondam frequens, vt tota Europa vix simile, excepta Constantinopoli, reperiri posse videretur. At varijs bellotum cladibus à Danorum regibus affecta, tandem ad nihil fere redacta est. Ea rerum vicissitudo. Hodie VVolinum vocant. Stralund, in littore maris. Olim proprium habuit Principem, Ducem; nempe Bardensem. Vrbs est incolis & mercatoribus frequens. Viueta, fuit hæc quoque olim vrbs, ostè hodie Archon, aut Iulinum est.



S I L E S I A.

**D**E Silesiorum appellatione non esse tantoper inquirendum, nec ab Elisiijs usque eam deducendam, facile existimare possunt iij qui regionem istam quam nunc tenent, Quados incoluisse ex veteri scriptis perspectum habent. Idem autem Saxonibus & antiquis Germanis Quad, quod Po'onica, seu Sclauonica lingua Silesium dicimus, significat. Fuit enim deus quae ex varijs locis in ista confluxit, bellum magis quam pacis studiosa, plura destruens quam ex edificans, & Dominorum impatiens. Primus vero rex, quem Dominum habuit, Boleslaus Polonus fuit. Is natus est Anno à Christo nato 967. matre Bohema, Duciis VVenceslai ex fratre Nepte, Huic filius Mieslaus fuit, qui Rixam Comitis Erenfredi Palatini filiam, Imperatoris Orthonis III, ex sorore Melchitide neprem, Anno millesimo & primo in uxorem duxit; ac primus coronam Regiam ab Othono III accepit. Eo vero demortuo, cum Poloni per seditionem Imperatoris neprem atque filium Casimirum ē Regno eieccissent, Conradus Imperator Bohemo Silesiam cum conditione tribui numerandi adjudicavit. Is fuit Vuratislaus, qui haud dubie Vuratislavia, urbi, que vulgo Breslau appellatur, nomen dedit. Ceterum Vuratislavia, quae Metropolis Silesia est, cum anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo tota conflagrasset, & in cinerem versa fuisset, ex lapide in eam formam ædificari coepit, ut hoc tempore perpaucis yribus Germaniae, ordine, elegancia ædificiorum, amplitudine platearum, cedat. De aliis vero ornamentis superioribus Reipub. nihil attinet dicere, cum vniuersitate Germaniae perspectum sit, vix in illa regione tot scholas optimarum disciplinarum doctoribus instructas reperi, & cultura ingeniorum excellere. Nobilitas quidem eti agrotum culturæ & Oeconomiae dedita est, ad bellicas tamen artes ita instruēta, ut illorum fortii udine reliquias Pannoniae defensas æqui terum æstimatores nunquam sint inficiaturi. Frumenti regio ferax est, ac ratus in ea locus qui non excolatur. Piscinis abundant. Odera fluuus insignis ad Orientem & Septentrionem eam alluit, cum Sudetes ad Meridiem à Bohemia discernant.



## A V S T R I A.

*Diversorum locorum*  
**G**LEBA huius tractus yber & fertilis omni genere frugum , & quæ minimo impendio colitur. Vili etiam & strigoso equo agricola in eo tractu qui Campus Transdanubianus siue Marchianus dicitur , vbi olim Chetuari & Parmecampi fuerunt, terram arat. Marga, citra quam agri in Bauaria infœcundi & macri sunt , quid sit, Austriacis incognitum est. Crocum ita generosum gignit, cum quo nullum aliud de bonitate certare potest. Vinum naturæ amicum.

Vrbes & antiquæ, & nobiles multe; maximè tamen insignes, Styra, Vadenhoffum, Melicum, Castellum, antiquitus Clauditionum, Cremisum, Cetro castellum, hodie Zeisselmaur, Santohipolitus, Neuburgum duplex, alterum à cœnobio , à frumento alterum dictum. Petronella nunc vicus , magnæ olim Vrbis, id quod rudera & ruinæ indicant, vestigium; Noua Ciuitas , Pruk ad ripam Leythæ fluminis situm , Hamburga ; Omnia tamen maximè insignis Vienna, olim Flauiana, siue Iuliobona dicta, studio litterarum admodum nobilitata, & quo nullum aliud præstantium Mathematicorum ferax fuit. Eam vine ta coronant. Ædes ciuium magnifica , vt vel Principes hospites accipere possent, & quæ fenestris patentibus ventos accipiunt, & transmittunt; nec unquam aëre pigro & manente, eo quod singulæ singulas areas habent, ingrauescunt. Frequens alienarum nationum ad hanc conuentus. Rerum, quæ tuenda homines vitæ necessariæ sunt, magna copia.

*Si Deus est amarus rebus illis Garmi  
na dicant, dicant*

A U S T R I A.

52




H 4

Opfer an den heiligen Mönchen  
und Heiligen

Heilige Anna und  
die heiligen Märtyrer

## B O H E M I A.

**V**NIVERSAM Bohemiam Hercynia silua perpetuo ambitu eingit, clauditque, circum  
vndique ad Amphitheatri faciem. Vnde æqua ei ferè longitudo atque latitudo, atq; vtra-  
que paulo amplius ducentis milibus paſuum extenditur. Inter oppida Bohemiarum insigiora  
numerantur, Marcomanniam versus, quæ hodie Moravia appellatur, Murha, Chrudima,  
Hradecium regina, Parhubicum, Lytomissum. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros co-  
gnominant, Glarouia, Domazlicum, Misla, Tachouia eminent. Ab eo vero latere, quod ad  
Austriam spectat, locum primum obtinet Buduicum, Crumlovia, Trebonia, Hradecium  
Hearici: sicut à Militia, Pons, Cadana, Chomutouia, Austria. Nam Quadis, nunc Slesitis, Hia-  
romitium, Glacium, Curia, & quedam alia oppida proximant. Introribus porrò celebrantur,  
Cuthna, Colonia, Pelsina, Verona, Zatecium, Lanna, Slana, Lytomericum. Taborium Cate-  
rūm omnibus antestat Praga, tanta magnitudine vrbs, vt vna tres amplissimas vrbes comple-  
etatur. Veterem, Nouam, & Tertiā, quam Paruam vocant, à duabus prioribus, summe Vul-  
taria disiunctam. Aedificia in singulis, tam priuata quam publica dignitatis plena, & magni-  
ficentia. Duas præterea possidet arces, alteram Vislegradum appellant, quondam regum se-  
des, nunc bellorum ciuium iniuria, vasta, & penè defolata. Contra, illa altera arx, quæ mino-  
rem Pragam despectat, quemadmodū dicitur, ita iure optimo haberi debet, Regia. Quippe,  
non arcis modò, sed vrbis potius speciem representare videtur, tantū videlicet loci, mœnibus,  
ædificijsque occupat. Palmam inre publica opera ferunt, templum & palatium, illud Caroli,  
cuius statim mentionem fecimus hoc Vladislai regis, nuper vita sunti, opus. Bohemus con-  
temptum libenter erga alios verbo factaque ostentat suū, ipsamque adeò arrogantiā incessu,  
gestu, pompa, prodit. Est & feroculus, cùm fastidiosè tractatur, insuper ausis perinde vt leo  
promprus, atque in his exequendis firmus & validus, interim tamen ambitiosus & glorioſus.  
Rufusque vti leo, cibi auditus, atque in eo condendo, instrucandoque immodicè effusus, vicini  
præterea Saxones eundem docuerunt, nocturno cerrare meto, putere diurno. Sed neque in  
ceteris quoque moribus Bohemi longè à Germanis diuerunt, propter eandem vicinitatem.  
Ceteris in hac regione optima, quam albam cognominant, coquuntur.



S A L I S B U R G E N S I S D I O C E S I S.

**H**A N C urbem his verbis describit Munsterus : Germanos Iulius Cæsar aggressurus, in fauibus montiū Arcem munitissimam exstrui curauit, ut milites ad eam refugiū, & satellites ex ea iuuamen haberent. Et inde caltrū Iuuauense appellatū est. Fluuius quoq; cui adiacet, Iuuauius dictus. Arci nomen dedisse à quibusdam putatur, à quo & ciuitas inde condita Iuuauia dicta est. Habet hæc Vrbs paludes, planiciem, colles, & montes. Paludes præbent pascua; montes aucupia, & venationes nonnullas. Cùm autem hæc ciuitas olim floruisse, temporibus Attilæ Regis Hunnorū sustinuit incursions, va- stationes, & incendia. Postea circa Annum salutis d. xx. cùm Diuus Rupertus ex Regia stirpe Francorū ortus, VVormatiensem rexisset Episcopatū, & post obitum Regis Childeberti à sede VVormatiensi pulsus esset, Thedo Dux Ba- uariorum Ratisponæ eum cum gaudio suscepit, baptizatusque est ab eo vnā cum Proceribus & populo. Et circumiens Rupertus Episcopus per Noricum usque Pannoniam, prædicansque Christum, plurimos ad fidem eius conuertit. Veniens autem ad Iuuauium fluuiū, ubi olim Iuuauia ciuitas fuerat, sed tunc collapsa, virgultis opera, & desolata; contemplansque locum Cathedrali sedi idoneum, proprietate eius à Duce obtenta, exstirpatis arboribus & vepribus, repertisque edificijs, Basilicam in honorem D. Petri construxit. Quin & Cœnobium Ordinis S. Benedicti, cum munificentia Ducis instituit, rexitque Eccliam Episcopalem annis 44.



B A Y A R I A.

**B**AVARIA diuiditur in superiorem & Inferiorem. Superior subdita est alpibus, Austroque. Hæc crebris impedita est paludibus, lacubus ingentibus, fluminibus rapidis, siluis aspectu horridis: præter vrsos, apros, ceterasque huiusmodi feres, centenarios ceruorum alit greges, quos absque consensu Principis venari crimen est. Pecuarijs, pecoribusque pascendis magis idonea est. Forniferarum arborum fecunda, trimestris dumtaxat frumenti, non tamen omnis, maximè ferax, rarius habitatur. Vrbes huius sunt, Monachium ad ripam Isaræ, splendidissima præclarissimaque vrbs, & Ducis sedes. Hæc continuò leones nutrit. Inter omnes Germaniaz vrbes pulchritudine antecellere nonnullis persuasum est. Ingolstadium, publico litterarum gymnasio ornata. Sunt prætereà Frisinga episcopal is ciuitas, VVasserburgum, Nuburgum, Rosenheimum, Auensburgum, &c.

Inferior Bauaria fertilior est, crebrius frequentiusq; habitatur; & propter Danubiū, Isaram & Lauerum amnes, vitium ferax. Huius vrbes sunt Reginoburgum, quę Ratisbona alijs, Augusta Tiberia olim, ad Danubium sita; cuius ab altera fluminis parte suburbium ponte lapideo insigni cum ea iungitur. Patauim, vulgo Passaw, ad ostium Oeni fluminis in Danubium. Episcopatus titulo insigne, Straubinga, Landshutum, Dingelingum, Osterhofum, aliisque plures.


BAVARIA.

75



NORT GOIA vel BAVARIA PALATINAT.

IN hac regione inter Bambergam & Nurenbergam, ad Orientem, versus oppidum Eger,  
situs est mons magnus dictus Fichtelberg, ex quo proflunt quatuor insignes amnes, Mœ-  
nus, Nabus, Sala, & Eger. Complectitur autem mons iste in circuitu suo, circiter sex mil-  
liaria, & extrudit varias metalli species: gignit & optimum cœruleum colorem, quem vulgo  
Lazurum vocant. Inuenitur quoque in summitate montis Itapnum; & multæ fouæ, ex qui-  
bus olim metalla fuerunt eruta: in summa, tota illa Regio turget mineralis, potissimum ferri,  
vnde Norgoienes annuatim magnam vim pecunie colligunt. Est alias terra dura & aspera,  
licet quibuldam locis satis proferat frumenti, abunderque pascuis pro pecorum saginatione.  
Includit quoque hæc Regio Nordgauensis unum ex quatuor Lantgraviatibus, qui olim ab  
Imperatoribus fuerunt instituti, nempe Luchtenbergensem, accepitque denominationem  
istam ab arce Luchtenberg, etiamsi Principes dominij illius curiam suam teneant in oppido  
Pfeimbdt: & quandoque in Grunsfelden. Situm eius oppidi vides in tabella designatum.  
comes qui hodie regioni præsidet, vocatur Georgius, si recte memini, satus ex progenitoris  
bus Alberto & Frederico. Non crevit iste Lantgraviatus in tantam potentiam ut ceteri tres,  
qui temporum successu multum aucti sunt ditione & potentia, maximè autem Hassie Lant-  
graviatus. Hactenus Sebastianus Munsterus. Vide etiam Pium 1. de origine Palatinatus hu-  
ius Regionis; lege Franciscum Irenicum. Huius regionis urbem primariam Nurenbergam  
elegantissime descripsit Conradus Celius poëta. Montem Piniferum, quem Fichtelborg vo-  
cant, descripsit Gaspar Bruschius Egranus peculiari libello,



F R A N C O N I A.

**F**RANCONIA partim plana est, & partim montosa; montes ipsi haud difficiles sunt; ager non ad modum pinguis; nam plerumque arenosus est. Multis in locis constituti colles vineis, gratum producunt vinum; maximè vero apud Herbipolum (vulgò *Virtzburg*). Multæ silvae, & multa venatio est. Terra in multis partita est Dominos, quamvis episcopum Herbipolensem Ducem Franconię dicat. Maguntina Ecclesia & Bambergensis plurima obtinet loca. Palatinus quoque Comes haud parvâ occupat partem, Marchiones Orantes in ea sunt. Multæ præterea Ciuitates Imperiales apud Francones florent.

De Norimberga dubium est, Franconia an Boiariorum cedat; ipsum nomen indicat ad Boarios Vrbem pertinere. Notimberga enim Noricum montem significat; ob quam rem patet Noricorum Ciuitatem fuisse. Noricis autem Boiariorum successere; & nunc eaportio rurum Boiariorum, quæ inter Danubium & Norimbergam iacet, Noricum appellatur. Ciuitas tamen in Parochia Bambergensi est, quæ ad Francones pertinet. Ipsi Norimbergenses nec Boarios, nec Francones videri se volunt, sed tertium quoddam separatum genus. Vrbs ea nobilis, magnificis operibus publicis ac priuatis ornata est. Amne Pegnitio interlabitur, in agro sterili & arenoso condita, atque ob eam rem industrioso populo: omnes enim aut opifices sunt, aut negotiatores: hinc multæ illis diutiae, & magnum in Germania nomen. Aptissima Imperatorum sedes, libera Vrbs, & in medio sermè Germaniarum sita.




V V I R T E M B E R G E N S I S D V C A T V S.

**R**Egio Wirtembergensis in prima ferè Superioris Germaniae parte, tractum  
Suevæ feliciter occupat, ad Nicer potissimum ripam sita; (Charitinorum  
quondam fuisse sedē putant) cuius ditione late patet. Ad Solis ortū Sueuos, Vindelicos,  
& Noricos attingit; ad Occasum Comitis ad Rhenū Palatini Principis Ele-  
ctoris, & Marchionis à Baden limites, inde Nigra silua iura cōpleteatur; ad Me-  
ridiem montes Arbonæ pariter ac Suevicæ prominent Alpes: ita vocant incolæ  
montes eius regionis editiores. Versus autem Septentrionē Francos habet vicinos,  
& non ita procul Othonis siluam. Wirtembergensis itaq; ditione nec alibi cōmodè  
magis initium sumit, quam vbi Nicerortū, qui sublimiter montuosis Arbonę iugis  
leni fonticulo, in Wirtembergensi Ducatu proximè ad magū Schuuenningen  
oppido Vilingæ vicinū sūtienter ebullit, à fonte Danubij non amplius quingen-  
tos passus. Ab ipso statim ortu Rotuillensem percurrit agrū, leua Hercinię caput,  
dextra Sueicas alpes linquens. Wirtembergensem Ducatū flexuoso meatu per-  
labitur (interea centibus ita sparsim nonnullis nobiliū castris, & Imperatorum  
Romanorū oppidis) ab origine sua plus minus itinere quinq; dierū, ceteris hinc  
inde fluuiolis accrescens, ac iam navigabilis, apud Heydelbergam in Rhenum  
festine defertur. Nomen habet hic Ducatus à Wirtembergia veteri specula, que  
nunc in umbilico eius dominij sita, non ita procul à Stuttgartia, montoso tamē  
editiore loco, neque munimine neq; structura formidabilis hosti. Sed pro maiori  
rum consuetudine, quibus ferrea quam terrea magis placuere mœnia, loci potius  
amœnitate spectabilis, antiquitate solū cōmendatur, iucundo fruitur in orbē  
prospectu, suprà in sagitteti virgulta nemoris, infra in fertilis vitium colles, &c.

*W. Domseus P. Knott*

V V I R T E R B V R G V M.

58



2 | 4 | 6


12

T I R O L I S C O M I T A T U S .

C O M I T A T U S Tirolensis adiunctus fuit domui Austriacæ An. m. c c e.  
L x. à Rodolfo Alberti filio Austriae Duce. Hic Comitatus argentifodini  
is(imprimis apud oppidum *Schwatz*) adeò diues est, vt non modò Ducatui  
valde opulento præferri, sed etiam Regno comparati posse videatur. Nam(vti  
*Cuspinianus* auctor est in sua Austria) pendet suo Principi quotannis ordina  
riè tercentum millia aureorum nummum. Insuper est in ea æris metallum  
omnium præstantissimum, cum vix alibi adeò ductile reperiatur. Habet hæc  
Regio sedem in ipsis ferè alpibus, inter Bauariam & Italianam. Præcipua in ea  
vrbes sunt: Oenipons, vulgo *Inspruck*, sedes Principi eius ditionis. Vbi etiam  
Camera & Parlamentum est eius regionis, & regionum Austriacarū. Deinde  
Bolzanum emporium; & ipsa Arx Tirolis, vnde Regio nomē obtinuit. Item  
Tridentum, nostro tempore Concilio œcuménico ibi habitu clarū: hoc Du  
cibus Austriae & ex parte suo Episcopo paret, estque situm in cōfinibus Ger  
maniae & Italiae, vnde bilingues ferè omnes incolæ sunt. Halla: hic sal coqui  
tur, quod inde in circumiacentes regiones auehitur. Brixia Episcopatus; &  
Brunecka oppidū cum arce, quod huius Episcopi est. *Schwatz*: hic quotannis  
maxima argenti copia ex terra (vt diximus) eruitur. Verona, &c. Est mons  
nomine *Nansberg*, tribus milliaribus à Tridento distans, extendit se in longi  
tudinem duodecim milliaribus, in latitudinem tribus; in eo sunt c c c l. Pa  
rochiales Ecclesiæ. x x x i. Castra. Præter sal & aromata, in eo proueniunt  
omnia affatim, quibus vicitur humana natura.

TIROLIS COMITATVS.

59



## H E L V E T I A.

AM Regionem, aut magnam eius partem, quam Romani olim Heluetiam  
vocauerunt, hodie vulgo vocant Suiiam, & Confœderatorum terram. In-  
cipit à summis alpibus, desinensque ab Ottu ad Rhenu, excurrit in Septentrio-  
nem vsque ad *VValdshut & Lauffenberg*, atque hinc reflectitur in Occidentem se-  
cundum tractum Iuræ montis, vsque ad lacum Geneuensem; quovsque iurum  
pertingat ad Alpes, vbi Superiorem Galliæ olim tenuit locum. Celebrati fuerunt  
tunc Heluetij supra reliquos Galliæ populos, propter animi, egregiorumque in  
bellis facinorum virtutem. Anno ante Christum natum circiter sexagesimo, in-  
ierunt Heluetij fœdus cum Rauracis vicinis suis, atq; alijs adiacentibus populis.  
Post hæc Heluetij relictis suis, quæ sibi non sufficienes erant, venere sedes peti-  
tum, incensis mœnibus suis, ne spes vlla esset redeundi, melioresque occuparent  
terras. Nec defuit illis animus, totam si potuissent, subigere Galliam. Profecti au-  
tem sunt primùm versus Geneuam, versusque Romanorum Prouinciam, quæ  
modò Sabaudia & Delphinatus appellatur. Julio verò Cæsare Duce Romani ex-  
ercitus præcludente viam multis fossis, aggeribusque, & alijs obstaculis; coacti  
declinare per Sequanam, quæ hodie est Comitatus Burgundiae; venienteisque ad  
Heduos, qui iam habitant Burgundiam, ibi post multas dimications tandem  
ventum est ad atrocem pugnam, duravitq; cædes ipsa à septima hora in noctem  
vsque. Cumque vtrinque fortiter in acie starent, Cæsar tandem victor factus,  
perdomuit Heluetios, atque gentem bellicosissimam sic in sedes suas veluti gre-  
ges in stabula pastorum perduxit; veritus, si hoc non fecisset, Germanos transito  
Rheno sedes ab Heluetijs relictos occupaturos.



## I T A L I A.

**I**TALIA Provinciarū orbis primaria, vti nomen pro temporū rerumque  
vicissitudine s̄epius mutauerit, nam & Oenotria, Ausonia, Hesperia, Sa-  
turnia, &c. dicta fuit; sic etiam eius termini & fines varie ab auctoribus de-  
scribuntur: posterioribus tamen seculishi statuti: Flumē Varus, inde linea per  
alpes Coctias, montem Adulam, alpes Rhæticas, adiunctaque iuga porro ad  
amnem Arsiam, Histriæ terminum: Hoc vnum latus, cetera maria alluunt.  
Ptolomæus eam in pæninsulæ formam describit, quam maria tribus lateribus  
circumfundunt, uno vallant Alpes. Priscis scriptoribus assimilatur querno  
folio; Recentiores eam integri cruris humani non incōuenienter à coxendi-  
ce ad imum usque pedem effigie pingunt. Habet Italia dorsum, & ceu in pis-  
cibus esse videmus a capite in infirmam partem, spinæ formam, Apenninum:  
qui mons ex alpibus, qua ab Infero mari recedunt, oriundus, cum recto pro-  
mendum cursu Anconæ vrbi appropinquare, in mare Superum ferri, & ibi  
finiti videotur; tamen inde rursus ab eo mari recedens, per medium Italiam in  
Brutios, ac Siculum fretum fertur. Olim in hac regione m. c. l. x. v. i. vrbes  
exstitisse Ælianuſ auctor est. Guido presbyter Rauennas, ex Igino, qui ante  
sexcentos annos de vrribus Italæ scripsit, septingentas dumtaxat fuisse eius  
temporibus scripsit. Hanc Italiam Blondus in octodecim regiones diuidit;  
Leander nouemdecim.

Roma sancta

ITALIA.


61

ITALIAE  
TYPVS.



15

SITVS Regionis est huiusmodi: Incipit à planitiis mari apposita; moxque paulatim crescens, primum in colles, tandem in montes altissimos evanescit, qui propemodum vndeque fines adeò claudunt, ut haec vallata montium iugis planities tanquam muro, theatrum videatur; saucibus autem vnis pateat, per quas, vti porta, Sonti fluminis trajectū ab Tarusio aditum. Ceteros itaque terminos Alpes vbiique premunt. Sunt in hac nobilissima Regione campi lati & irrigui, maximèque fertiles; abundant enim vitibus generosissimi succi; quarum vinum Plinius in vinorum censura primo loco celebrat, Pucinumque vocat, à loco. Fructus hic omnigeni, pomaque nobilissimi saporis, silvae tum ligno materiaque, tum venatu magnifice, prata nitidissima, pascuaque gregibus pecudum vtilia. Cælum temperatum. Agri cunctis rebus tam necessitatibus mortalium quam delitijs & voluptatis & opportunitatis per se abundant. Indigenae quoque noui solum ad humanitatis artes, sed etiam ad mercaturam aliaque luculenta viuendi instituta quam apertissimi sunt. Vrbes in ea maximè celebres sunt, Aquilegia, vbi Patriarchatus. Felicitas vrbis praecipue à negotiorum frequentia procedebat, quoniam ex cunctis propemodum Orbis partibus ob summam loci opportunitatem, & aditum tam mari quam terra commodissimum, merces conuehebantur. Desist autem id summum mercaturæ studium, caput deinde efferentibus Venetis; qui negotiandi rationem omnem ad se traxerunt; adeò vt ex florentissima frequentissimaque nunc propemodum ad solitudinem est perducta. Utina, campetri loco sita, munitissimam habet arcem, in colle hominum operis facta. Tergeste in litore maris, colonia Romanorum. Goritia, qua olim fortè Noreia, multa hic superfluit vetustatis monumenta. Ciuitas Austria, in saucibus montium natura loco munitissima sita est. S. Danielis oppidum in præcelsi difficultique monte situm. Portus Gruatus, in dextra Liminis ripa. Dein Spilimbergum, Maranum, Mons-falconis, & cetera.



## H I S T R I A.

INTER omnes qui hanc Regionem descripserūt auctores, Ludeuici Vergerij  
Tex Histria oriundi descriptionem succinctē pro loci capacitatem Lectori offerre  
decreui. Hic in Munsteri Cosmographia dicit hanc Pæninsulam, ab intimo sinu  
vbi Tergestum situm est iuxta eius littora, vsque ad oppidum S. Viti, quod in Fa-  
natico ad Flumen amnem est, plusquam c c m. passus haberi. Tota regio, inquit,  
minime plana est, sed neque arduos montes habet, neque etiam infœcūdos, ve-  
rius colles dicendi sunt; vitibus, oleis, alijsque fructiferis aiboribus consitī, fru-  
mento, pascuis & pecoribus abundant. Vnum tamen habet montē altissimum,  
in ea parte qua ad Fanaticum vergit sinum, quem vulgō Montem maiorem ap-  
pellant. Is nauigātibus primū apparere solet, in cuius summitate fons exoritur  
vberrimus. In hoc monte aliquot rarissimæ herbae nascuntur, quarū gratia Me-  
dici etiam hinc longè habitantes, s̄epius magno labore hunc descendūt. Fluuij  
Histriæ sunt tres, Formio scilicet, Nauportus & Atsia: primum accolæ Risanum,  
vocant; Nauportum, Quietum appellant. Postremus fluit in sinum Fanaticum,  
& est modō Italij terminus. Vrbes sunt; Mugla, Justinopolis, Insula, Piranum,  
Humagum, Eumonia, Parentium, Osara, Rubinum, Pola, S. Vitus, omnes mari-  
timæ, Mediterraneæ verò Pinguentum, Montona, Portulæ, Grisignanum, Bullæ,  
Santus Laurentius. Duo Castra, Santus Vincentius, Vallis Adiganū, Parmeranū,  
Albona, Flanona, Petina, Galignanum, Coslacum, Pisignum. Celeberrima est Lu-  
stinopolis, quam vulgō Caput Istriæ vocant, Plinius Ægidam. Ea est in scopulo  
sita, longè à contineti, cui longo ponte iungitur. Paret Venetis, cum multis alijs;  
nam pars oppidorum Istriæ, Austriacis obedit.




SEBENICVM, ET ZARA.

ZARA, olim Iaderam vocatam putamus: eiusque territorium Liburniam antiquitus dictam scribit quidam. Sebenico, Sicum antiquorum est. Vtraque maritima in littore Hadriatici maris vrbs, sub Venetorum imperio. Et loco quo in hac tabula videntur depicta antiquarum ædium collapsa fragmenta, Dominicus Niger Esseiam urbem olim fuisse, eamque nunc solo æquatam scribit; locumque hodie Beribir dici, ubi Epigrammata Græca, Latinaque, & alia antiquitatis monumenta multa etiamnum visuntur. auctor anonymous huius tabulæ, Bergane cum vocat. Lege de hoc tractu Illyridis cundem Nigrum, Geographiæ libro 6.



M E D I O L A N E N S I S   D U C A T U S .

**M**EDOLANVM inter maximas Europæ totius censetur. Suburbia longa lataque admodum habet, quibus plurimum augetur, plerisque tam ingentibus, ut cum magnis Italiae ciuitatibus certent. Vrbem, ipsaque suburbia, latæ aquarum fossæ cingunt; per quas vndique nauigij annona copia defertur tam magna, nihil vt non vili hic pretio fiat. Summam mehercules admirationem habet, omnium rerum quæ sunt ad usum mortaliuum vtiles, huius urbis insignis abundantia copiaque. Tam multa hic, & tam diuersa artificum genera, tantaq; frequentia, planè vt resesti nisi difficillime haud posset, vnde & vulgi natum verbum celebre, Qui Italianam reficere totam vult, eum destruere Mediolanum debere; nimurum, quo ex his sedibus artificum examina per omnes Italiae partes spargantur. Habet vrbis ædificia mirè splendida, magnificaque; nominatim Aedem peraugustam amplissimamque, quam Domum vocant, immenso sumptu, ac tam admirabil arte factam, vt paucis omnino Orbis terrarum viuensi templis conferri possit, sive magnitudinem & artificium, sive pretia marmorum & opera specie: etenim non solum vndique foris intrusque crustis niuei marmoris intacta nitet, verum etiam mirabilibus ex marmore statuis arte summa elaboratis est ornata. Præterea sunt nobilia Fano permulta, inter quæ Gratiarum ædes, sodalitatis Prædicatorum, è regione munitissimi castelli Portæ Iouiae sita, sumptuosum in primis Hemisphaerium à Ludouico Sforza factum habens; sub quo cum uxore ipse poni volebat, sepulchro ibi ex marmore nobili constituto. Cœnobium huic Fano insigne Cohæret Prædicatorum, cum præclara bibliotheca; Priuatorum in urbe domus amplissimæ permulta conspiciuntur. Est & Arx portæ Iouiae, munitionis, præcipuumque totius Europæ propugnaculum, quod vila profecto vi capi numquam potuit. Sed alia multa præter hæc præclara ædificia Mediolanum habet, quæ breuitatis causa prætermis. *N. Unus Petrus epm Roma, Ilia curris in Roma, Ung fortis in Ancona.*




## P E D E M O N T A N A R E G I O.

**T**AURINORVM regionem nunc Pedemontium vocamus, tanquam pedem montium; quoniam ad radices Alpium est, quæ Galliam, Sabaudiamque ab Italia diuidunt. Fines ponemus ab Oriente, Padum; à Meridie, Ligurum Alpes; ab Occidente, Gallia Alpes; à Septentrione, Duriam ripariam. Agros habet amoenis fructiferisque collibus plenos, qui frumentum, aliasque fruges, & optima vina, cum nobilissimis fructibus producunt. Vibibus, oppidis, pagisque per honestis nitent.

Metropolis est ciuitas Taurinum, ad ostium in Pado Duria; quam Ptolemaeus, Plinius, & Tacitus Augustam Taurinorum vocant. Priscis temporibus hanc nobilem fuisse urbem, vel hinc intelligere licet, quod Colonia Romanorum erat, iacet ad montium radices, forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, splendidis etiam ædificijs ornata, inter quæ sumnum templum. Gymnasio habet omnium disciplinarum, mirificeque rebus omnibus ad usum vitae necessariis & utilibus abundat. Agro est perbono ac fertili, maximè verò versus Orientem & Austrum, cum vallibus ferri copia fecundis. Taurinum Longobardorum sedem fuisse Paulus Diaconus perhibet. His, usque ad captum bello Caroli Magni Desiderium Regem, paruit: deinde autem in Italia Regum, Imperatorum, Montisferrati Marchionum, & Sabaudia Regum (quibus hodie etiamnum pare) fuit. Ad Padi fontem versus Ripellum & Paisana, sunt matmorum nobilium lapicidinae.

Paradinus in sua Sabaudia scribit Principatum Pedemontanum continere in se præter urbes insignes & magnitudine celebres, quæ sunt quinque numero, plus minus quinquaginta oppida munita, pulcherrimaque; tum municipia ducenta, muris, propugnaculis & turribus vallata. Habere etiam multos Comitatus, Marchionatus, Baronatus, aliosque multos Satrapas, omnes Ducis Sabaudiae obtemperantes.




ROMANVM TERRITOR.

**D**E Vrbe Roma quondam Orbis Imperatrice, eiusque territorio, quia hic locus amplam pro eius dignitate descriptionem non admittit; atq; omnino de ea tacere, quā pauca dicere, præstare videretur. Auctores, qui eam scriptis suis celebrarunt, hīc enumerare, sat visum fuit. Quorum ex vetustioribus sunt: Q. Fab. Pictor; Sex. Russus, & P. Victor. Ex recentiorib. Blondus eandem in sua Italia; Fabius Caluus Rauennas; Barth. Marlianus, Georg. Fabricius; Lucius Faunus; Andreas Palladius; Pyrrhus Ligoriūs; & Lucius Maurus. Collegit & descripsit Iacobus Mazocchius eius antiqua epigrammata; & Vlysses Aldroandus eius statuas, Hubertus Goltzius non minori artificio quam diligentia maximisque impensis eius Fastos æneis Tabulis libri forma expressit. Ædidiimus nos nuper Tabulam Romani Imperij (quum maximè floruit) effigiem continentem.

R, Paerene p[ro]p[ter]e o[mn]iis C[on]stitutio[n]is  
R, Paerene (Paerene)  
Alzatos Sc, Galatini ag  
P[ro]m[ptu]r. dimic

ROMANVM TERRITOR.

67



K 3

## SENÆ TERRITOR.

SENÆ, ciuitas adeò antiqua, vt eius origo apud probatos auctores nullibi reperiatur. Nam quod à nonnullis scribitur, eam fuisse conditam à Gallis Senonibus, qui Brenno duce anno ab V. C. 363. spacio septem mensium (vt Polybius & Plutarchus scribunt) eadem Urbe potiti fuerunt, nullo certo, aut salté probato auctore constat. Etenim Io. Saresberiensis, primus huius opinionis auctor, (qui ex eo quod operi suo Policarpti nomē indidit, propterea Policrates, seu Polycarpus à plerisque appellatur) lib. 7. cap. 17. nullum huiuscē suę opiniones testem adducit. Ipse autem lib. 8. cap. 23. se Hadriani Quarti Pontificis maximi familiarem fuisse testatur. Apud omnes autem constat, Hadrianū hunc ab anno, 1154. usque ad annum. 1159. in solio B. Petri sedisse, & proinde huius Iohannis testimonium de origine Senæ longè ante ipsum conditæ, recipiendum non esse.

De hac ciuitate meminit Cornelius Tacitus lib. 20. Annalium, Coloniam Senensem eam appellans. Quæ Verba de alia Sena, quæ etiam hodie in Picceno extat, & Senegallia vulgo appellatur, nequaquam intelligi possunt, vt aliqui fallio opinantur. Siquidem tempore Taciti, & Plinij, ea ciuitas Picceni, non iam amplius Sena, sed Senogallia, seu Senagallica, vel Senegallia appellabatur. Quod ex verbis Plinij & Claudi Ptolemæi liquido constat. Plinius enim Coloniam Senensem inter mediterraneas Etruriæ colonias disertè enumerat, idemque paulò post etiam Senegalliam in sexta regione Italæ collocat. Ptolæmeus vero, non solum in Latinis, ac typis excusis, sed etiam in Græcis, ijsdemque antiquissimis, & manu scriptis codicibus, Senam inter mediterraneas Etruriæ ciuitates, Senam vero Gallicam (sic enim eam appellat) inter alias Senonum ciuitates, prope Anconam & Fanum fortunæ, recenset.

SENA TERRITOR.

68



K 4


P E R V S I N V S A G E R.

**E**S in huius territorio quandam Romanorum clade nobilis Transumenes lacus, quem Plestium cur nominet in suis Annibalicis Appianus, ignoro. Complectitur hic, ut habet dictus Campanus, in suo ambitu circiter triginta millia passuum. Lucidus est & perspicuus, nec recipit alienas aquas, nec refundit suas. Insignis huius aquae suavitatis: adeo ut viuo manante fonte videatur. Tribus insulis adornatur, quarum duæ sibi fere contiguæ, ad septentrationem vergentes: una Maior, altera Minor vocatur. Hæc inculata & deserta, tantum templum fert in acumine. Illa, quæ ad Cortonensem spectat agrum, ducentis propè familijs habitatur. Tertia, quæ versus Meridiem consistit, & maior ceteris, frequens hominibus est. Harum incolæ solis fere punctionibus incumbunt. Frumentum vix ferunt. Vineta autem plantare non negligunt. Lignum pabulumque in finitimos campos silvasque egrediuntur. Litoris oram nulla interfusa stagna aut paludes impediunt: hæc oliuetis abundat, quæ in collibus, qui circum lacum exornant, mira fertilitate conspicua. In planicie vero inter lacum & colles, canabis & lini tanta copia, ut ne in reliqua quidem Etruria maior. Paucis in terris meliora vina: poma quoque suauissima. Piscium genera in lacu non sunt multa, copia tamen inaudita, qua ceteros Italæ lacus antecellit: cuius punctiones toto sunt anno, (etiam ipso Brumæ tempore, quod nullus alias admittit in Italia lacus.) Hi pisces aduehuntur hyeme ad Etruscos, Umbros, Picentes: Romam quoque, plurima quotidie iumenta comportant. Lucium hic piscari vario colore, & quasi viridibus aspersum maculâ, ait idem Campanus, de quo mira refert; eum nempe coire cum serpentibus, indeque illum hunc variu sortiri coloré. Item remansisse aliquando lucium in sicco, quem cum vulpes capere contenderet, alterum pedem eius dentibus esse deprehensum; atque ambos inuentos esse mortuos.



## O R V I E T V M.

V R b s huius regionis primaria Oruetum est. Sita est in excelsi præcipi-  
tique montis spatioſa in vertice planitie, ſine muris: quorū vice rupibus  
vndique præruptis altisque cingitur: natura hoc modo creatis, vt ex ſumma  
crepidine deſpectum in ima perquā horribilem habeant. Cælo eſt iucundif-  
fimo, præterquam autumnali tempore, quum in amne finitimo Palia cannabis  
ſolet macerari: tum enim aer eo fœtore corruptus colonus permoleſtus eſt.  
Templum hic ſumptuosissimū, cuius frontem pernobiles ex marmore ſtatue  
ſummorum artificum operis elaboratas decorant. Inter cetera eſt historia co-  
ſtæ Adamo extra etæ ex qua ſummus Conditor Euam figurauit. Hæc tanto  
artificio facta ſunt ut haud pute humano ingenio vinci poſſe. Templi fene-  
ſtræ alabaſtreticæ ſunt, non aliter ac vitrum pellucidæ. Seruatūr hic magnus  
honoribus linteum quod Bolſenæ magno miraculo ſanguine intinctum ex  
hostia ſacra ſtillante effluxit. Id quotannis die qui corpori Christi festus agi-  
tur, per urbem ingenti cum religione deferunt, memoriae tanti miraculi cau-  
ſa. Sunt hic etiam ædes ſplendidiffimæ ab Urbano V. Pont. Max. factæ. Vrbs  
frequens olim admodum fuit. ceterum auorum noſtrorū memoria partibus  
Muffatorum & Marcolinorum pernitiosiſſimiſ desolata propemodum per  
plurimas illorum inter ſe cædes, expulſionēſque, quamquam exſtinctis dein-  
de factionibus paulatim inter res pacatas ſatis ſe tum populo, tum opib⁹ re-  
ſecerit.



M A R C A A N C O N A.

**O**LIM hæc Regio Picenum vocata fuit, hodie Marcam Anconitanam ab eius urbe primaria appellant. Quondam quoque Marca Firmiana ab eius oppido dicta fuit, ut Blodus prodit. Ab Isairo flumine usque Druentum amnem, inter Adriaticum mare, & Appenninum montem exporrigitur. Picenos, Umbros, & Senones hunc tractum quondam inclusisse litterarum monumentis constat. Habet hæc Regio agrum fertilem, omnis generis frumentorum copiam producentem, sed lignarijs quam frumentatijs fructibus longè est præstantior. Silius eius laudem præcipuum in oleis prædicat.

Vrbs eius primaria (ut diximus) Ancona est, à situ nomen habens; quod in Cimmerio promontorio, tanquam cubitum in Adriaticum mare promineat. Vnde huius urbis antiqua (quæ ex terra interdum eruuntur) numismata, cubito calamum manu tenente, insignita conspicuntur. Habet hæc urbs portum antiquitate venerandum, à Traiano Imperatore exædificatum, quod ex eius marmorea inscriptione ibidem ostenditur. Est & Aelia Ricina, quod & Ricinetum, hodie id oppidum Recanati vocant, in monte situm est, cuius nundinas (quibus certis anni temporibus gaudet) ex omnibus penè Orbis partibus frequentatas vidimus. Non longè abhinc est diuæ Mariæ Lauretanæ phanum, validissimo muro cum vico illi adhærente cinctum. Cuius delubri magnificentia ac loci religio tanta est, ut in ipso statim introitu nemo non in admirationem rapiatur. Phanum hoc omni bellico instrumento, tum ad defendendum, tum ad feriendum, ne à piratis diripatur, egregiè munitum est. Vicus ferè cauponibus, stabularijs, calcearijs, alijsque id generis hominibus constat, à quibus hic toto anno ex omnibus propemodum regionibus votorum causa maximo numero confluentibus necessaria subministrantur. Est & oppidum cum arce Fabrianum, huius incolæ ferè ex charta nobili, quæ inde Fabriana nuncupatur, vietum parant. Sunt præterea alia præclara in hac regione oppida, quorum descriptionem apud Leandrum luculentam habemus.




LACVS COMENSIS, olim LARIUS.

LARIUS LACVS (quem hodie *Lago di Como* ab oppido sibi adiacente, vocant) à Laro aue, Græcè sic dicta, quæ Latinis fulica dicitur, quibus abundat, nomen accepit. à Septentrione in Austrum ad 60. millia passuum producitur; vndique coronatur montibus, quorum cacumina, castanearum arborum nemora habent, latera, vineæ oleæque, radices verò, siluæ; in quibus ferarum venationes frequentes. in margine autem Lacus, Castella confidunt; inter quæ in Meridionali ripa, Comum est, clarum oppidum, à Gallis Orobis, aut ut quidam vult, à Cenomanis conditum, Romana Colonia postea à Diuo Julio ibi deducta, in quibus quingenti illustres fuere Græci, ut auctor est Strabo; ex quo Nouum Comum appellatum est; in amoenissimo loco positum, adeò ut ad solas delicias excogitatū videatur: nam à fronte pulcherrimum Lacum, à tergo campestria culta, & omni genere fructuum feracissima habet; accedit etiam aér saluberrimus iucundissimusque. Hoc oppidum duos Plinios æternitate viros dignos nobis protulit, in quorum memoriam elegia in fronte Aedis Diuæ Mariæ Virginis à gratis ciuibus pietatis ergo marmoriis incisa, Anno 1558. ex Italia redeentes legimus.

Omnia admodum per agm

LACVS COMENSIS, olim LARIUS.

72



Larius lacus excurrit à Meridie  
in Septentrionem. prior tamen  
in Orientem. Paul. Iovius.

P A T A V I N V M T E R R I T O R .

**A**GER Patauinæ (quæ Marchiæ Treuisanæ portio) olim latius, nūc his terminis continetur: A Meridie Athesis fluuius procurrit; à Septentrione Muso paruuus amnis dilabitur; ab Oriente æstuaria Venetiarū; ab Occidente autem Colles Euganei, & ager Vicentinus. Vnde hoc carmen peruerteri vrbis Patauinæ sigillo insculptum legitur: *Muso, mons, Athesis, mare, certos dant mihi fines.*

Patet omnis hic circuitus centum & octoginta passuum millia: in quo spacio sunt tercentum & quadraginta septem villæ seu pagi. Patauio municipali iure hoc tempore subiacent septem insignia oppida, quæ sunt: Montinianū, Castrum Baldum, Atheste, Mons Silicis, Sacci opidum, Campus S. Petri, & Citradella. Item sex vici, Miranam, Oriacum, Titulum, & Liuanum, Arquadū, Francisci Petrarçæ sepulchro celeberrimum, Consylium, & Anguillaria. Sunt præterea in hoc territorio Euganei colles Poëtis decantati; & iuxta hos Aponus vici & fons, cuius Claudianus & Martialis meminere; Item Cassiodorus in epistolis, vbi Theodoricus Rex eos restaurandos curat. Huius agri Pataunini tanta est fertilitas, ut ex abundanti frugum copia vicinis quoque ciuitatibus, absque villa suorum ciuium inopia, quæ ad usum vitæ necessariæ sunt, largè multa suppeditat. Generositas vini magna est. Venationes, aucupia, & pescationes frequentes. Adeo fluminibus irrigatur, ut (maximo incolarum commodo & utilitate) nullus agrestis vicus ultra quinque passuum millia distat à flumine. Hanc omnium rerum mirabilem copiam atque abundantiam vulgo triviali proverbio demonstrant, dicentes: *Bononia la grassa, Padua la Passa, ac si Latinè dicas, Patauium fertilitate Bononiæ (quæ fertilissima est) superare.*



## BRIXIA TERRITOR.

**V**IA nemo recentiorum (ne dicam quoque veterum) hanc urbem doctiori aut luculentiori stylo descripscerit, quam Pighius in Hercule suo Prodigio : de eadem hunc eundem audi: Brixia, qua ad radices montis est posita, antiquitate amplitudineque adfisorum cum multis urbibus Italiae certare potest. De hac autem epigramma non inelegans tale prodidit Julius Cæsar Scaliger, nostri sæculi poëta præclarus: *Quæ pingues scatebras specula despetat ab alta Postulat Imperij Brixia magna vices. Calum hilarum, stons lata virbi, gens nefcia fraudis.* Atque modum ignorat diuitis vber agri. Si regeret patrias animis concordibus oras, Tunc proterat dominis ipsa iubere suis. Propter distensiones etenim urbs olim Gallorum & Insubrum vicinorum iugo oppressa, varias passa est calamitates: innec tandem sub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac mercatura frequenti, rebus omnibus affluens, solertiis ingeniis populo ac nobilitate magna frequens. Agro item olei, vini, frumentorum, fructuumque omnis generis excellentissimorum fertilissimo locuples, habetque metallorum venas focundas, in primis ferri & aeris: unde maximus ciuitati reddit quæstus. T. Liuius alijque magni auctores tradunt, Brixiam regum, Romanorum tempore à Gallis Cenomanis esse conditam, quam postea Romani, Transpadana Gallia in potestatem redacta, sua dictio[n]is item fecerunt. Constat ex Liuio, fideli populo Romano constantissime quondam præstitisse, atque præcipue difficillimis Annibalici belli temporibus. Colopiam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cum Veronam & alias trans Padum urbis Cn. Pompeius Strabo Pôpel Magni pater colonias deduceter. Nec du postea C. Cæsar[is] auspicio simul cum alijs Transpadanis ius Romane ciuitatis accepit, atque sub Imp. Romanis deinde, quamdui Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonia sunt antiquitatis monumenta varia, que adhuc in eadem urbe, vicinoque territorio passim reperiuntur: rupium pulcherrima[m] marmorinæ inscriptiones, statuæ, statuarumque tituli, atque illultrium hominum epitaphia plurima, ex quibus urbis illius amplitudo prisca facile colligi potest.

BRIXIA TERRITOR.

74



L.

VERONENSE TERRITOR.

**D**ITIO siue ager huius vrbis patet in longitudine, à Baruchello oppidulo Riuam vsque (qua<sup>e</sup> est in vltimo Benaci lacus recessu) 65. milliaria Italicā in latitudine, qua<sup>e</sup> sumitur à Turre confinum ad vsque Riuoltellam 40. Comprehenditque in vniuersum 1443378. campos, (sic Italicum vulgus mēsuram, qua agros dimetiuntur, nominat) quorum 1223112. fertiles, 220266. verò steriles sunt : qui tamen indies colonorum diligentia feriores reduntur.

Est in hoc tractu altissimus mons, (tabula eum inter Benacum lacum, & Athesim fluuium ostendit) Baldum vocant. Herbilegis hic maximè notus est, qui ad hunc vndique confluentes, multa herbarum radicumque genera, in medicinis necessaria, & vita humanæ opitulantia, colligunt.

Est etiam hic in valle quadam, Policella dicta, locus Negarina nomine, vbi saxum durissimum visitur, in quo mammæ ad iustum muliebrium formam sculptæ; ex quarum papillis perpetuæ stillant aquæ : quibus si lactans mulier papillas adspicerit & lauerit, exsiccatus aliquo, vt sit, vel morbo, vel alio casu, illi lactens humor reuocatur. Sunt & aliae huic tractui aquæ, non minùs ornamento à natura quam usui attributæ.




C R E M O N E N S I S A G E R .

S I T A est hæc vrbs in Gallia Cisalpina, sub Cenomanis populis, vt Ptolemaeus, vel in decima Italix regione, vt Plinius perhibet: ad ripam Padi fluminis. Agrū habet planū, omnis generis frumenti, etiam vini, fertile. cetera quæ humano generi ad vitam tuendam expetuntur, beneficio fluminis, afferatim in urbem afferuntur. Multas calamitates perpessa est, frequētibus affictata ruinis: Primum Antonianis temporibus quando ab Augusto Imp. rerū potito, ager est militibus datus: Deinde Vitellianis, apud Bebriacū peracta pugna, cum quadraginta millia armatorum irrupere; calonū, lixarūque amplior numerus, vt Tacitus refert; quām omnia sacra profanaque in igne confiderent, Solum Mephitis templū stetitatem mœnia, loco seu numine defensum. Gothorum quoque tyrannide, deinde Longobardorū sub Gedulpho rege. Anno à Christo nato D.C. xxx. euersa. Frederici etiam Aenobarbi vim pertulit, deiectis usque mœnibus. Post hæc bellum ciuale inter Guelfos & Gibelinos in ea exarsit, Anno M. CCC. XII. Tandem sub Mediolanensium Vicecomitibus & Ducibus aliquantis per vires resumendo, refloruit. atque hactenus sub ijsdem feliciter & tranquillè reipublicæ statū conseruat. Habet hæc vrbs arcem, si quæ alia in Italia, munitissimam, hostibusque formidabilem. est in ea quoque turris altitudinis admirandæ, in primis si cum Italîs conferatur, unde vulgari eam prouerbio & rhythmo celebrant; cum aiunt: Vnus Petrus in Roma, vñus Portus in Ancona, vna turris in Cremona.



C R E M A E T E R R I T O R .

**E**S T Crema Venetorum oppidum, præsidium & arx, in confinibus Mediolanensium. Hoc, ut Leander scribit, sub eorundem Venetorum imperio ita creuit incolarum frequentia, & edificiorumque elegantia, ut inter maximè Italiam nobiliora loca nomen meruerit. Vnde vernaculo adagio dicunt, Barleta in Puglia, Pratum in Toscana, Crema in Lombardia: horum trium in Italia locorum nobilitatem, splendorem & diuitias, denotantes. Veneri sapienter tentauere ex hoc opido ciuitatem facere: incolæ tamen hactenus restitere, verentes, ne quod iam inter maximi nominis opida censemur, vix tum inter ciuitates mediocres nomen sit habiturum. Situm est in amœna planitez; loco amplum & spacious; mœnibus munitissimum; opibus inclytum, populo frequens, & rebus ad vitam mortalium necessarijs affluens: habet enim territorium fœcundum, cultura diligentí multo fertilius redditum: multique aquarum riuuli, piscium vario genere repleti, agros irrigant. Scribit Blondus hoc oppidum à Friderico Barbarossa, post afflictam Cremonam, in eius ciuitatis dænum, opprobriumque exedificatum. Sunt alij, teste Leandro, qui putant à ciuibus Parasijs vrbis, ab Episcopo Mediolanensi ob heresim destruetæ, conditum: Crémæque nomen illi inditum, in crematæ patriæ memoriam. Judicium lectoribus relinquo.



## T V S C I A.

**T**V S C I A terra pernobilis, pulchra lautaque est: Indigenæ ad omnia pacis bellique tem-  
poribus, ingenio promptissimo: nec minus ad studia literarum, quam negotiaciones.  
Gentem ceremonijs & cultui diuino maxime semper addictam fuisse, ex priscis Auctoriibus  
constat. In ea h.e sunt. Vrbes maxime præ ceteris memorabiles; Florentia, Sena, Luca, Peru-  
sia, Pisæ, Viterbum, &c. Florentia sita est in vtraque Arni fluminis ripa, quatuor pontibus  
iuncta: Splendore ac elegantia summa est, quam obrem vulgo Florentia Bella nominatur, ut  
quæ flos videatur Italiæ. Nobilissimis enim ædificijs tum Diuino cultui, tum Ciuium usus  
paratis niter. Imprimis est admirabile Fanum D. Matiæ floridæ, totum ex marmore crustatum  
cum Hemisphærio stupendi operis; iuxta turtis stat' eximia tintinabulorum, tota item mar-  
morea; modicoque post interruu' veterium Martis templum, forma rotunda. magno in-  
genio constructum, & nunc D. Ioanni Baptista sacrum. Valuas habet ex ære, fusili opere, tam  
raro ratificio factas, eas præsertim, quæ contra Fanum D. Matiæ Floridæ sunt, ut omnes om-  
nino, quibus ingenij vis adsit illa, reliqua in Europa tota similes esse nulquam arbitrentur.  
Sena iacet in colle, præcelsis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium ædificiorum  
nitens; è quibus aedes maxima D. Virginis Marti sacra, splendoris ac sumptuosis quæ in tota  
Europa sunt Fanis annumeranda, siue pretium marmoris, ex quo tota constat; siue excellen-  
tiam operis ac artificij, quo facta, species. Perusia colli insider Apennino, maiori agri parte  
fructiferis & amoenis assurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorumque  
optimorum fructuum fertilibus. Pisa, vrbis olim felix & admodum beata, non solum ante rei  
Romanæ florem, sed etiâ illa iam vigente; ac item postea multis annis fuit. Docent id insignes  
victoriae nauales, quas habuit. Viterbum iacet ameno spatio que loco, iugis Cyminijs, à ter-  
go imminentibus, plurimi haud penitendis operibus nitens; inter quæ fons est insignis, &  
maxima cum admiratione spectantium copiosus. Luca in planicie sita est, non procul a collis-  
bus, ædificijs per honesta; gens lauta, prudens, ingeniosa; ut quæ libertatem sibi diu sapientissi-  
mè conseruauit integrum; et si finitimo tum bellis haud raro fuerit petita,




## REGNUM NEAPOLITANUM.

**V**NIVERSVM hoc regnum hodie continetur inter Hadriaticum & Tyrrenum mare, ab ariete Truento, & Fundis, usque ad Fretum Messanae, continetque nouem opulentissimas amoenissimasque Italæ regiones. Ex iunt, Latij pars, Campania felix, Lucani. Calabria, Magna Græcia, Salentini, Apuli Peucetij, Apuli Dauni & Aprutium. Vrbs, quæ regno dedit nomen, lautiissima ciuitas Neapolis, maris littori & amoenissimorum collium radicibus apposita est; Aërem habet placidissimum & molle, agrum iucundissimum; eoque hac aetate Principes illustresque viri non minori frequentia quam olim, Neapolim concurrunt: etenim yniuersi ferè regni huius reguli maiorem anni partem hac in viba exigunt, adeòque splendidissimas ferme omnes habent: unde Principum, Ducum, Marchionum, Comitū, EQUITUM, Doctorum, Baronum ac nobilium hominum plena conseruatione adeò est, ut paucissimas Orbis terra ciuitates huic exæquiori incolarum nobilitate polle centent. Vrbs spatium amplectitur magnum, inter mare amoenissimoque colles ædificata magnifice, mœnibus firmissimis, presertim haud pridè iussu Caroli V. Imp. concepta, munitaque. Arces fortissimæ sunt haec Castellum nouum, hoc Alfonius primus instaurauit, operibulque maximus sepsit, adeò ut firmissimus Europa totius propugnaculis adnum erati meritò queat. Castellum hinc Capuanum, quod nunc concilijs habendis, & Imperij, ciuitatisque negotijs attributum est. Item Castellum Oui, medie extra vibem spatio in scopulo (Meagrum veteres appellabant) cinctum mari. Praeter haec, Castellum Santemerense est in rupe mœnibus vrbis imminentे, superioribus annis à Carolo V. mirifice communatum. Extra muros Australi parte moles in mari, opus arte summa factum conspicitur, ad Portus commoditatem atque tutelam, nauibus ex omnibus ferè orbis partibus perpetuò pleni. Gymnasium etiam omnium disciplinarū Neapolis habet; ad quod studiorum ex toto regno maximus fit concarius.

Extra magnificentissimam hanc ciuitatem, ager amoenissimus atque iucundissimus est, non solum rebus ad hominum animaliumque necessitatem, sed etiam ad voluptates atque delicias opportunis vndique confertus. In primis omne genus frumentum, vinique nobilissimi summam abundantiam fundit, adeò, ut qui non viderit, tantam vnius iugeri cum frumenti, tum vini vberatatem esse posse, haud facile credat. Colles item hoc in agro feracissimi, plenique nobilissorum fructuum; & aliqui thesaurorum instar areas planas cingentes, venationibus ferarum oportunas.



TERMINOS huius hodie faciunt mare Hadriaticum à Septentrione; Tron-  
tum, olim Truentū, à parte Occidentali; Fortorum, quondā Frento flumina,  
à parte Orientali: à Meridie habet Apenninum montem: quamvis & ultra hunc  
aliquibus in locis sese extendat. Hanc autem Alfonsus Magnanimus Arragonia  
rex diuisit in duas, in Aprutium Citeriorem nempe & Ulteriorem: quam Ulte-  
riorem solam hac tabula comprehendit. Diuiditur hæc à Citeriore, flumine Pef-  
cara, ab antiquis Aternus dicto. Tradit Scipio Mazzella in sua Regni Neapolita-  
ni accuratissima descriptione, hanc regionem esse situ naturaque munitam, &  
incolis Itrenuis habitatam: eius agrum esse vini & armenti fecundū. Vrbes huius  
primariae sunt Aquila, Interamna, Amatrica, Atria, Pinna: & quondam Amiter-  
num atque Furconium: ex cuius ruinis Aquillam hinc quinque millibus distan-  
tem ædificatam in colle scribunt Volaterranus & alij. Vrbs hæc sita est in agro  
omnium rerum fertilissimo: ut cuius brassica capitata (cauli capucci vocant) tri-  
ginta, interdum quadraginta libras adpendere tradit Mazzella; adeò ut non fru-  
stra Marialis dixerit, Nos Amiternus ager felicibus educat hortis. Croci in huius pompe-  
rio tam insignis prouentus, vt inde singulis annis pretium quadraginta milium  
ducatorum auctorum recipiant. Forum hic rerum venalium celebratur quoran-  
nis à populis circumiacētibus. Habet centū & decem templa. Circa hanc vrbem  
describit Blondus saxum, sub quo fons olei, Petronici vocati, maneat: quod olcū  
à multis petitum addit:at diligenter à Teutonis Hungarisque colligi & Aspor-  
tati, quam ab ipsis Italos. Idem supra hanc vrbem, circa Aterni fluminis fontem  
dicit sibi ab accolis ostensam pyrum colli innatam taliter fastigiat, vt aqua  
pluens in eam arborem, triplici facta diuisione in tres magnos amnes, diauerias  
petentes regiones, Velinum, Truentum, & Aternum, dilabatur.



S I C I L I A.

**N**E MO veterum Historiorū vel Geographorū non meminit, atque studiosè hanc Insulam descripsit; imprimis Strabo, Plinius, Solinus, aliquique. Hanc optimam Insularū omnium appellat Diodorus: Solinus item, quicquid hæc siue soli, siue hominis ingenio gignit, proximū esse his quæ optima iudicantur, scribit. Ex Neotericis verò sic eam describit Vadianus: Sicilia non fertilitate modo (ob quam tamen Cereri & Baccho à veteribus cōsacrata fuit; & horreum etiam Vrbis Romæ credita) sed frequentia atque vetustate oppidorum, amnium commoditate, & rerum gestarum memoria, victorijsque Pœnorū & Romanorum alternantibus, super omnes alias insignis. Vrbes eius septuaginta duas Plinij ætas numerauit. hodie duodecim Episcopatus feruntur, latè patentibus diocesibus. Tenuere eam in multis annis Sueorum Duces. Ab Anglis & Lotharingis etiam petita inuasaque fuit, hoc maximè tempore, quo in Syriam & Saracenos expeditiones sumebantur. Postremò in Regum Arragonum Hispaniæ manus peruenit, hodièque ijsdem obsequitur. Neque alia est, quod quidem sciām, toto Orbe Insula, quam ex æquo Græci & Latini scriptores partim nobilitate Insulæ, partim autem occasione rerum gestarum, celebriorem reddiderint.

Qui plura velit, Benedictum Bordonium, qui omnes Orbis terrarum Insulas uno volumine cōpræhendit; Leandrum Albertum; Dominicum Nigrum; Franciscum Maurolicum; Marium Aretiū, qui eam doctissime, & tandem Thomam Fazellum Siculum, qui eam exactissime plenissimeq; describit, legat: apud quem quoque Ætnæ montis historiam habes; de quo etiam Petrus Bembus peculiarem libellum edidit. Sed lege etiam Ciceronis Qrationes in Verrem.

S I C I L I A.

81




M

S A R D I N I A.

**S**ARDINIA Insula quæ priscum nomen adhuc retinet, ad Meridiem Corsicæ iacet. Hæc quia conformis esset cuidam quasi humano vestigio, ideo illam Timæus Sandaliotim, ab effigie sole appellavit: item Manlius: *Sardiniam in Libyco signat vestigia plantæ.* Quod etiam Silius in carminibus suis refert, ipsamque frugum abundantia, præcipue tritico, spe etatis simillima esse: atque adeò, ut ab Aristœo quondam subactam fabulæ dicant, quæ præstantissimum omnium agricolam exstitisse ferunt. Sed solo quām cælo melior: nam vt fœcunda, ita pestilens est; quod æstiuo tempore, ac in locis maximè fertilibus, vbi paludes multæ insident, veluti in Australi parte accidit, quæ planities tota sternitur: nam quæ Arcton respicit, scopolis aspera, ac immitis Aquilonaribus flatibus est, at morbosa minus. Solum argento diues est. Serpentibus caret. at Solifugam parit, animal exiguum, araneis simile. Aliud hic quoque malum in herba est Sardonica nomine, quæ in fontaneis aquis nascitur: nervos enim vescentibus contrahit. Hibernæ pluviæ in æstiuam penuriam conseruantur; nam raro ist hic imbres cadunt. Stagna pisculentissima sunt. Similiter fontes calidi & salubres aliquot locis scaturiunt, qui medelas hominibus adferunt. Hæc, Romanorum rebus collapsis, Saracenis aliquando paruit: ab his interim à Pisanis vendicata fuit. Nunc verò vna cum Siciliæ regno Hispanis subest.

S A R D I N I A.

82



M 2

C O R S I C A .

**C**ORSICA Maris Mediterranei Insula, varijs olim populis inhabitata fuit. Hodie bifariam in duas partes eam distinguunt. Plagam quæ orientem Solem respicit, Latus interius; partem verò huic obuersam, Latus exteriorius vocant, Pars quæ Italia propinquior est, Cismontana; & quæ versus Sardiniam excurrit, Ultramontana dicitur. Incola tamen alter alterum Ultramontanum, se ipsum verò Cismontanum, ad montium situm respicientes, appellant. Insula est ab omni parte aditu difficilis, quum præruptis vndique collibus comprehensa sit. Interius similiter magna ex parte montosa, ideoque frumenti non adeò fertilis est. Vino tamen commendatur, quod hinc Romanum exportatur, Corsicumque à loco nomen habet. Gignit & equos feroce, & canes venaticos spectatæ magnitudinis: Mūsimo quoque animal, Plinio auctore hic est, arietis genus, quod lanæ loco villum fert Caprinum. Mofoli hoc hodie vocant. Hoc animal tamen à Strabone in Sardinia describitur. Incolas pro strenuis militibus Italia habet. Mel amaru veteres hic inueniri scribunt. Hec insula primùm à Tirrenis occupata fuit, deinde à Carthaginensibus his eam eripuerunt Romani, qui eam tenuerunt usque dum Saraceni eos expulerunt. Hos ex ea profigarunt Genuenses. Tandem capta à Pisanis. Pontificibus cessit. Ultimò ad Genuensem iura rediit, quibus haetenus obedit. Hanc insulam tam accurate, ex Augustini Iustiniani commentarijs describit Leander Albertus, ut omnino nihil in ea desiderari posse videatur.



M E L I T A.

**H**E c procul abest à Pachino Siciliæ promontorio, sexaginta m. p. periculoso freto disiuncta. centum triginta m. p. in ambitu colligit. Ea nunc corrupto vocabulo Malta dicitur: & in ea ciuitas eiusdem nominis. In duo ad Aquilonem promontoria prominet. quorum alterum Iunoni, alterū Herculi olim sacratum erat; in quibus celeberrima deorum templâ fuere: quæ non ab incolis tantum, sed ab exteris quoque, etiam hostibus, maxima in veneratione habita fuere. Habet etiam optimos portus, ex quo opibus aucta. Et præcipue in componendis ex lino telis, potens quondam fuit. Cumino hodie & xylinio lino fertilis. Hanc olim Diuus Paulus ad pulsu suo naufrago nobilē reddidit. Sed & his annis proximè elapsis, fugata illa Turcarum maxima classe, Hierosolymitanis Equitibus eam fortiter atque immortali gloria defendantibus, multo celebrior facta est.




CORCYRA vel CORFV.

**C**ORCYRA Insula sic dicta ab vna ex filiabus Afopi, quam Neptunus rapuit, & in hanc detulit, vt scribit Diodorus. ex qua natus est Pheacus: à quo deinde Pheacia, quæ prius Scheria vocitabatur. Callimachus Drepene, nostra verò ætas Corfu nominat. Decem M.P. à continente est. Fœcida quidem, Homero teste: & vbi felices viri nascebantur, rerum maritimarū maximè studiosi. ait enim, Phæacibus nullam esse sagittandi curam: sed in malis, remis, aquibus occupati, alacres spumosum mare sulcant; & alio in loco dicit ut Phæaces in nauigando cæteros viros præstāt, ita in texendo mulieres. Hoc enim muneris illis Minerua largita est, vt & scitè manibus operarētur, & bonam mentem haberent. Insula qua parte Septentrionem spectat, plana; qua verò Meridiem, alpestris ac importuosa est. Habet tamen hæc pars aliquem sīnum à cautibus liberum, & à vento tutum. quo in loco ex fonte fluuiolus quidam mare inuadit. Opidum primarium in ea, vna cum insula Corfu vocatur. Aliquando Corinthiorum, aliquando Samiorum colonia fuit: nunc Venetorum ditionis est; qui arcem munitissimam opido adiunxere, præsidio contra Turcarum insultus.



## CANDIA olim C R E T A .


**C**RETAM hodie Candia vocant: maior est Cypro, minor autem Sicilia & Sardinia, quibus solis in toto mari Mediterraneo cedit; interim nobilitate & fertilitate par omnibus. Olim centum urbibus claram fuisse prisci scriptores tradunt: earum circiter quadraginta Plinius etas nouit, hodie vero Bellonio auctore, tres tantum alicuius nominis habet; quae sunt: Candia, Venetorum colonia, ynde insulae nomen; Canea & Rhetimo. Ambitus insulae quingentorum vi- ginti millium passuum est. Vbiq; montosa, obque id incolae admodum venationibus addicti. Nullus inibi nauigabilis fluuius. Sed neque noxiun animal gignit. Hanc insulam nobilē, & toto ter- rārum orbe cognitā, facit optimū vinum, quod incolae Maluasiā vocant, indeque per omnes Orbis ferē partes auehitur. Hoc vinū antiqui Pramnum vocarunt: auctor Bellonius. Cupres- forum arborum ad naues fabricandas, hīc maxima copia, Hæ tantæ altitudinis nascuntur, adeo ut spectabilius nihil humano visu sit, inquit Dom. Niger. In hac Insula Labyrinthus fuit à Dædalo ad A Egyptij exemplar (Plinio teste) fabricatum. Huius adhuc exstare vestigia Geor- gius Alexander eius insulæ Präfus, apud Volaterranum auctor est. Mons est effossus (inquit) ac vindique concavus, vna tantum & angusta via aditur. Dux loci peritus præcedit cū ardente finali, inextricabilē errorem per tenebras monstrando. Petrus Bellonius vero, antiquorū operū diligens investigator, & qui hanc insulam nostra tempestate non otiosè perlustrauit, lapidici- nam hīc olim fuisse, non Labyrintum ait; vulgo Cretensi sic tamen vocari: quod verisimilius est, cū Plinius scribat suo tempore nulla exsistisse eius vestigia. Sed huius loci ex Bellonio hīc adjiciam descriptionem: Locus est inter Gnosium & Cortinam, qui cū olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ eius loci lapidicinam ibi construxerunt: ex qua cū multi lapides indies exciderentur, multa subterranea excisa sunt diuerticula, ita ve cū quis per lapidicinā incedit, in multis anfractus incurrit. Letho flumini vicinus est Pseu- dolabyrintus ille, in quem cū quispiam est ingressurus, necesse est eum rusticos è vicino pa- go accersere, vt cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot vespertilioes stabulantur, vt nisi quis- piā sibi ab eis caueat, dum obuolant, suis alis faces extinguant.



Geze olim i laudu, ad quam  
D. Paulus appulit. Acto. 27.

## C Y P R U S.

C Y P R U S inter maiores maris Mediterranei insulas locū sibi vendicat. Tota insulæ figura parte altera longior est. Huius Metropolis & Regia , est Nicosia. Est & Famagosta vrbis nobilissima , & totius insulæ Emporium, portu & vectigalibus diutes. Nulla insularum est inferior ; nam & vino abundat, & oleo; frumenti quoque satis habet. Æris etiam metalla in ea fuerunt, in quibus vitriolum & rubigo æris nascebatur, ad Medicinæ usum idonea. Canna mellis multa in ea reperitur , ex qua saccarum excoquitur. Vini etiam, quod cum Cre- tico certare posset, est feras. Ex pilis quoque caprarum , pannus conficitur, cui Zambelloto nostra ætas nomen dedit. Multas res Insula ad alias gentes mittit, ex quibus lucra non pauca redundant. Alienis non multum eget, sed aërem parum salubrem habet. Tota Insula delicijs incumbit : feminæ admodum lasciuæ sunt. Tam eximiæ fertilitatis est , vt olim Macaria, id est, beata, dicta sit ; & tantopere luxuriæ dedita, vt ob id Veneri sacra credita sit. Habet Insula in circuitu quadrin- genta & viginti septem millia passuum , in longitudine verò ducenta. Sed vt huius Insulæ fertilitas magis elucescat , Am. Marcellini de ea elogium adjicere iuuat. Is enim in eius descriptione hæc refert : Tanta tamque multiplici fertili- tate abundat rerum omnium Cyprus, vt nullius externi indigens adminiculi, in- digenis viribus , à fundamento ipso carinæ ad supremos usq; carbasos ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam, mari commitit.



## G R A C I A.


**V**T in genere describamus omnium incolarum huius regionis viuendi morem, operæ pretius visum est, Nobiles & ciues à ceteris plebeii, infimaque fortuna hominibus discernere: nam qui in maiori existimatione haberi volunt, Principum, quorum Imperio subsunt, more vestiti conspicuntur; ita ut qui sub Veneris degunt, Venetos; & qui Turcis parent, Turcas vestitu exprimant. Cetera plebs sub cuiuscumque ditione sit, tam in continentia quam insulis, aliquid sua antiquitatis haec tenus retinet: nam plerique omnes comam ab occipite nutrient, & a fronte sinciput tundent; vtunturque magnis duplicitibus pileis. In ularis in religionis exercitio vtuntur omnes ferme eisdemque ritibus eademque forma ceremoniarum. Plerique omnes Turcarum more non multum suppellefiliis habent, nec lecis plumis refertis vuntur; at eorum loco culcitas quasdam habent, ex tomento hue lana confectas. Omnes odio habent vinum aqua mixtum, & vsque in hunc diem antiquū propinandi morem obseruant, & præcipue Cretenses: in eo autē differunt à Germanis, quod illi inuicem vrgent magnis cululis: Graci vero paruos haustus inuicem propinent, vnde ut olim antiquitus, ita & nunc Gracari pro ineibriari dicitur. Sed quia in bibendo certas quasdam leges seu ceremonias obseruant, eadem prætermittentes, ita ut si quis antequam ad illum peruenisset bibendi ordo, vinum posceret, magna inciuitatis notaretur. Et qui promptissimum est ad infundendū, poculū tenet, ceterisque omnibus solus per ordinem infundit. Utuntur in istis cōpotationibus paruo quodam vitro sine basi aut pede, ita ut minimè ē manu reponi licet, illudq; omnino ehibunt, ne gutta quidem vini relinquentes. Interdum se īuicem prouocant ad bibendū Germanorū more, & tum quidem amplectuntur se mutuo, manumq; alterius contrectat, illamq; obseculatur, frontique admouet; deinde malas siue genas tam dextram quam sinistram exobsculantur, led tunc non obseruant bibendi ordinem. Et quia fortissimum illud vinū paruis haustibus potitant, & inde valde incalescent, semper cantharum aqua plenum presto habent, & similiter magnos aqua haustus ingurgitant, ut se iterum refrigerent: aliter haud quaquam sitim sedare possent. Mulieres non adsunt illorum commensationibus. Verus ille mos ethnicorum deplorandi mortuos, etiam hodierno die per totam Graciā observatur, vti & in viciniis regionibus. Nam postquam aliquis vita defunctus est, mulieres certo quodam in loco conueniunt, & summo mane vlatulatum quandam ordiuntur, percutientes pectora, vngibus genas lacantes, extrahentesque capillos, ita ut plane miserabile spectaculum exhibeant. Et ut melius hæc mysteria peragerentur, mulierem conducunt egregiè canoram, quæ ceteris præcinit, ut intermissiones, pausas vocant, & accentus huius natiæ melius intelligerentur: atque in hoc planctu laudes virtutēsque defunctori recitant, ab ipsis nativitate, vsque ad extreum ejus habitatum,



## I L L Y R I C V M.

**I**LLYRICVM, aut ut alijs placet, Illyris, regio est in ora maris Adriatici, Italiae opposita, Huius termini non ab omnibus ijsdem limitibus circumscribuntur. Plinius enim hanc inter Arsiam & Titium fluuios constringit. Ptolemaeus vero eam ab Histria ad Macedoniam usque confinia secundum maris littora producit; mediterranea eius ad Pannones & Moesiam Superiorem expandit. Multo ampliorem eam describit Pom. Mela, & Dionysius Alexander, totam enim maris Adriatici oram a Tergesto ad Ceraunios usque montes, Illyrijs ascribit, eosque ultra Danubium fluuium habitare docet; Danubium namque inter eius flumina Mela numerat.

Illyricum nomen habet ab Illyrio Polyphemi scribunt auctores: quidam ab Illyrio, Cadmi filio eos denominatus ait. Totam Illyrici oram maritimam cum insulis vicinis, commodis instructam portibus scribit Strabo; cum quidem contra Italica ora, huic obiecta, sit impenetrata. Calida est vt Italia, & bonarum frugum ferax ora Illyrici, oleis & vitibus egregia; nisi quod loca quædam prorsus aspera sunt. Quæ supra hanc sita est Regio, montosa est tota, frigida & nivalis; maximè quæ ad Septentrionem vergit. Incolæ huius olim latrocinij admodum dediti; hodie vero paulo mansuetiores, ligneis plerumque habitant ædificijs culmo contextis, præter paucas littorales vrbes, in quibus humanijs degunt. Inter has primi nominis est Ragusi, olim Epidaurus, vrbis hodie Emporio & Repub. nobilis, quondam libera, nunc autem Turcis tributaria, coquæ nomine (vt Nicolaus Nicolai in suis Observationibus testatur) quotannis 12000. ducatorum aureorum Ottomannis pendit. Haec de Illyrico in genere; nunc de nostra hac tabula, quæ totum Illyricum secundum horum auctorum descriptiones, præterquam Pliniij, minime continet. Sunt vero in hac tabula, Histria, Slaunonia, Dalmatia, Bosnia, Carinthia, Carniolæ & Stiriae pars: omnes ferè regno Hungariae vestigales, præter pauca maritima, quæ Venetijs parent. Turca autem non minorum earum partem sibi subiugauit.



## H U N G A R I A.

**H**VNGARIA à Drauo ad Meridiem sumit initium; à Septentrione, Sarmatis quos Polonus, & Getis quos VValachos dicimus, terminatur; ab Occasu Austria habet, superioris quondam Pannoniae caput; ab Oriente Mysiam, quam Rhetianam nunc appellant. Danubius omnium quos Europa habet, fluuiorum maximus, mediā interfluit, atque in partes, nempe in citeriorem & vteriorem scindit. Citerior est ea ubi olim Pannonicus fuerunt: hæc ab vteriore Hungaria Danubio, ab Austria, & Norico, radicibus Cæcij (sic olim dicti) montis: à Slauonia Drauo, à Bozna & Rascia Sauo fluminibus terminatur. Huius citerioris Hungariae caput est Buda, regni sedes. Nobiliora in ea opida, Alba Regalis, coronatione & sepultura regum insignis, Strigonium metropolitana, Quinque ecclesiensis, Episcopalis sedes, præterea Sopronium, Taurunum, & Sabaria Diui Martini, & Stridon Diui Hieronymi patria erat. Ultra Danubianam Hungaria montibus Carpatijs supra Posoniū incipientibus, & longissimo flexu ad littus Euxini maris protectis, à Moravia, Slesia, Polonia, & à Russia distinguitur, usque ad eum locum ubi regio est quam Maromarusiam vocamus. Ibi iam alii montes & siluae ab eo loco Seuerinum versus tendentes, à Transilvania & VValachia Transalpina separant. Hanc vteriore Hungariam Tibiscus fluvius piscoissimus, in montibus Maromarusijs ortus, medium interfluit. Hæc Hungaria habet oppida nobiliora, ad Septentrionē Posonium, Tirnauiam, &c. ad Meridiem vero Colociam, Bachiam, Zegedinum, &c. ultra Tibiscum, Varadinum, Dedrecinum, &c. cum fodinis auri & argenti. Seuerinum, ubi pontis olim à Traiano Imperatore exstructi vestigia etiam nunc apparent, & alia quæ breuitas historica nunc prolixius vetat enumerare.

Incolæ Scythica lingua vtuntur, ab omnibus finitimis diuersa. Nulli regioni terrarum hominum robore, pecorum fœcunditate, vberitate soli, metallorum copia cedens, exli benignitate, & pulchritudine situs, omnibus Orbis regionibus suo iure possit anteferrri. Tellus rerum omnium copia à natura donata; ubi aurum, argentum, sal, lapillos, colores effodere licet. Frumenti, pabuli, leguminis, & pomorum abundantia præstat. Neque deest amnicorum copia piscium, & cupri confectura, in plerisque fluminibus auri optima ramenta inueniuntur: quin & in vitiis in autiero solo satis aurum quandoque legunt.

H V N G A R I A.


91



N 3

O S W I E C Z I M E N . E T Z A T O R I E N S I S D U C A T .

**H**Æc est Regni Poloniæ, qua Silesiam attingit, portio. Olim verò ad hoc Regnum non pertinebat. Osieviczimensis ditio Polonis cessit sub Kazimiro II I. anno 1454. Zatoriensis verò sub Sigismundo I. anno 1548. post quadringentesimum ferè annum ad corpus & compagem Poloniæ rediit. Auctor Cromerus in suo Poloniæ Chronico. Sita est regio ad oram Vistulæ fluminis. Carpathum montem habet à parte Meridionali. Hunc Crpack vulgo appellant: Rusci Biescid; & Hungari Tarczal vocant. Germanis multis nominibus innotuit, eam enim Munch, Vatter, VVurtzgarten, Chremnitz & Semnitz nominant.




T R A N S S I L V A N I A.

**T**RANS SILVANIA Daciæ olim pars; eius caput Alba Iulia, vel à Iulio Cæsare, vel ab Hiula potius quodam Hùnorù Principe, ita dicta. Oppida complura nobilissima, in quibus Cibiniū, Brassouia, Colosium, Bistricia, & plura alia, à Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita & habitata. In ea sunt Siculi, genus hominum ferox & bellicosum: inter quos nullus neque nobilis, neque rusticus, omnes eodem iure censentur, Heluetiorum instar. Transsiluania ipsa rerū omnium est feracissima, præcipue auri, argenti, & aliorū metallorū; adhæc Salis montani. Equos generat nobilissimos; vino abundat, sed non æquè excellenti, ut Hungaria & Sclauonia, Transsiluaniā duæ cingunt VValachiæ, Transalpina, & Moldauia: illa Danubio; hæc Mari Euxino admota: vtraque cum Transsiluania, eam Europæ nunc occupant partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iste tractus Transdanubialis, qui nō solù Hungariā ulteriorem, sed Transsiluaniā quoque cum vtræq; VValachia continet; Danubio, montibus Carpathijs, Mari Euxino, & rursum eodem Danubio ex omni parte includitur. Est hæc regio pecoris, vini, frumenti, item auri & argenti, feracissima; ubi amnes nonnulli aurea ramenta ferunt, aurique fragmenta quandoque sesquilibralia trahunt, quum montibus sit vndique circumsepta in coronæ speciem. In siluis iubati boues; & vrsi, ac siluestres etiam equi, vtrisque eorum mira pernicitas: at equi iuba sunt ad terram usque demissa: domesticis per se est mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

TRANS SILVANIA.

93



N 5

P R U S S I A, Latinè Borussia, olim vocata Hulmigeria, sicut adhuc quædama  
portio Regionis iuxta Vistulam, appellatur Culmigeria. Putatur primùm  
per omnem Prouinciam inhabitata à populis qui olim federant iuxta Tanaim  
fluum, Europam disternantem ab Asia: sed qui pertæsi steriles illius ter-  
re, & egressi quæstum fertiliorem terram, venerunt in Hulmigeriam, ibique  
concederunt, ille eti bonitate illius soli, nomine suo totam illâ cognominantes  
regione. Est Regio frumenti ferax, aquis irrigua, & hodie colonis plena, habes  
multa ambitione Oppida, sed & multi maris sinuosí flexus reddunt eam amœ-  
nam. Est in ea pecorum ingens vis, multa venatio, atque diues pescatio. Habet  
autem Prussia ab Oriente Lithuaniam, à Meridie Poloniam, ab Aquilone Li-  
uoniam, & ab Occidua parte Pomeraniam. Maritima eius hodie in Vrbibus  
& Arcibus Teutonica est; at in rure interiori, pauci priscæ lingue homines  
manent. Habet maritimæ vrbes, Montem regium, opus Regis Bohemiæ, vbi  
Principis nunc sedes est, Elbingen, & omnium nunc locupletissimam Gedä-  
num (Dantiscum vulgo vocant) urbem insignem, magnumque mercatorum  
emporium. Hæc Munsterus. Hæc Prussia eti Regem Poloniæ agnoscit, eius  
pars tamen proprium habet Ducem, qui se Ducem Prussia nominat. Isque  
Regiomontem, nonnullaque alia in ea oppida possidet.

In huius Regionis littore, Succinum, antiquis Glessum, incolis Pirnstein, ab  
alijs Germanis Augstein dictum colligitur.



P O L O N I A R E G N V M.

**P**OLOニア quæ à planitiæ terræ, (quam ipsi vernaculae etiamnum *Pole* vocant) nomen habet, vasta regio est, quæ Slesia ad Occidentem proximata. Hungarisi, Lithuanis ac Prutenis contermina. Diuiditur in Maiorem & Minorem. Maior dicitur quæ Septentrionem aspicit, habetque Guesnam, Posnauiamque, insigniora loca. Minorem vocant, quæ ad Meridiem vergit, habetque nobilem urbem Cracouiam, ad caput Vistulæ, quæ regionem diuidit, sitam, reliquæ ciuitates parum nitidae. Ex marceria domos fermè omnes componunt, plesque luto linunt. Plaga regionis palustris est, & nemorosa. Potus genti cereuifia. Vini rarissimus usus; nec vineæ cultura cognita. Equitatu in bello maximè præstat. Ager ceteris ferax, multa genti armenta, multa ferarum venatio. Melle abundat. Habet & salis maximam copiā, quod ex terra eruitur. Habet & æris fodinas in montium iugis, Tatri, ab incolis dictis: nec nō sulfuris, Cromerus scribit Polonus ab Hungaris *Lengel* vocari, à Lecho eorum genitore. Comprehenditur sub Poloniæ regno etiam Lithuania, quæ magna sui parte palustris, plurimumque nemorosa, & èd difficilis aditu, ac quodammodo inaccessa, aquis omnia obtinentibus; hinc commercia cum Lithuanis habiliora: paludibus & stagnis alta glacie concretis: niueque superinfusa, fuit omnia mercatoribus peruia. Rara in Lithuania oppida; villarum incolatus infrequens. Accolarii diuitiæ pecora, pelleisque pretiosæ multigenum ferarum, quibus regio insigniter scatet. Cerae ac mellis abundans. Usus pecuniae genti nullus. Bisontes hæc regio producit; animalis genus est, quod incola *Suber*, Germani *Vr-octs* vocant; quale nos Antuerpiæ vidimus anno 1570. Hinc & quoque illud animal quod. Latini *Alces*, Germani *Elands* nuncupant. Sermo genti ut Polonis *Sclauonicus*. Caput Regionis Vilna est, Episcopalis ciuitas, tantæ magnitudinis, quanta Cracouia. Domus tamen contiguæ in ea non sunt, sed velut in rure, horti intermedian & pomaria. Omnis illa roborea materia quæ *VVaghenscht* nostratisbus vocatur, & ex qua in Germaniæ inferioris & Belgicæ maritimis regionibus vniuersa ferè lignea opera Architectonica tam publica quam priuata, domorumque magna ex parte utensilia fabricantur, his partibus cæditur, illincque ad nos per Balticum & Germanicum mare aduehitur.




## L I V O N I A.

**L**IVONIA porrigit se in longitudinem iuxta mare supra quatuor stadiorum millia; in latitudinem minimum ad m. ccc. stadia patet. Prussi, Lithuaniae, & Russi eam circumhabitant; cetera Liuonicus sinus lambit. Habet haec Liuonia, Curones, Esteros, Lettos, nationes tam moribus quam lingua diuersas. In arcibus & oppidis lingua Saxonica, aut, si maius Germanica, praeualeat. Regio est nemotosa, plana, & sine montibus, fluuiisque irrigua, magna ex parte inculta; agri tamen fertiles. Nam si vinum & oleum, & alia qua in mitiori calore subiectis terris concessa diuinis, excipias (nam his adueticijs tantum videntur) cetera ad usum humanum necessaria, in ea reperiuntur tanta copia, ut cum exteris omnino large communicentur. Piscibus enim & venationibus abundat. Lepores in hac regione singulis anni tempestibus colorem mutare, Munsterus auctor est; hieme enim albi, aestate vero grisei sunt coloris. Hinc cera, & mella, cineres, pix arida, & liquida, quam Ther vocamus; item illud frumenti genus, quod Secale Latini, nos Rogghe appellamus, in magna abundantia quotannis ad nos adferuntur. Habet ciuitates amplas insignem ad elegantiam exstructas, inter eas principe loco sunt Riga, Bremensium Germanorum colonia, sita commodo loco ad amnem Duna. Emporium est, & metropolis huius regionis. Altera Riualia, quam Rhuteni Roliuam vocant, a Rege Danorum Voldemaro condita, portu in sinu Maris Baltici insigni clara. Hac non est minor quam Riga in commercijs. Tertia Dorpatum, Russis finitima, qui eam Turyongorod appellant. Huius metria Beca fluuius alluit, ad negotiationes cum Russis peropportunus. Hic fluuius uno fertur auleo in Oceanum; qui cum de præruptis scopolis præcipiti lapsu ruat, idem vicinioribus accidit quod usu venire habitantibus ad Nili cataractas accepimus (inquit Levvenclaus) ut nimirum paulatim surdescant. Secundum has ciuitates oppida sunt alia minora, magnificis arcibus minita; primum Venda, propter aulam Magistri militiae nobilitata, & in medio totius regionis sita. Dein Vcelinum, Pernouia maritima, Volmaria, Veselburgum, Vitestenum, Narua, & alia.


SEPTENTRIONALES REGIONES.

97



R U S S I A aut potius M O S C O V I A.

**D**E huius regionis incolarum religione, ritu, viuendique more, hæc pauca. In religione ferè Græcorum ritum sequuntur. Eorum Sacerdotes vxores ducunt. Imagines in templis colunt. Infantes cùm baptizantur, ter in aquam toti immerguntur; aqua vero baptismatis singulis infantibus consecratur. Confessionem quamvis ex constitutione habeant, vulgus tamē eam Principum opus esse, & ad nobiles pertinere existimat. Finita confessione, pœnitentiaque iuxta dicti qualitatem iniuncta, signo crucis frontem pectusque signant, magnōque gemitu clamant, Iesu Christe fili Dei, miserere nostri. Hæc est communis illorum oratio. Dominicam enim orationem perpauci sciunt. Communicant sub utraque specie, miscentes panem vino, seu corpus sanguine. Pueris septem annorum porrigunt Sacramentum: dicuntque cum hominem peccare. Festos dies viri præstantiores peractis sacris, epulis, ebrietate, & vestitu eleganti venerantur; vulgus & serui plerumque laborant; dicentes feriari, & à labore abstinere, dominorum esse. Purgatorium non credunt: pro defunctis tamen sacra faciunt. Aqua benedicta nemo se aspergit, nisi à Sacerdote aspergatur. Jejunant in Quadragesima septem perpetuas septimanas. Matrimonia contrahunt; Bigamum concedunt, sed vix legitimū matrimonium esse putant. Diuertia admittunt. Adulterium non appellant, nisi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio miserrima est: nullam enim honestam credunt, nisi domi conclusa viuat, adeoque custodiatur, vt nusquam prodeat. Gens astuta & fallax, & quæ magis seruitute quam libertate gaudent. Omnes se Principis seruos fatentur. Tunicas oblongas, sine plicis; manicis strictioribus, Hungarorum ferè more gestant: ocreas ferè rubeas, easque breuiores, vt quæ genua non attingant; soleasque ferreis claviculis munitas habent. Ventrem nequaquam, sed femora cingunt; atque adeo puberulus, quod magis promineat venter, cingulum dimitunt. Iustitiam strenue exercent in prædones. Furtæ & homicida raro capitali pena puniuntur. Monetam argenteam habent, non rotunda, sed oblonga & quali quodammodo forma. Pellibus nobilibus ac pretiosissimis, quæ hinc per totam Europam exportantur, regio abundat: & ybiique ferè siluosa est.



## T A R T A R I A.

**T**ARTARIA hodie ferè vocatur, quidquid terrarum ab Orientali Oceano, siue Mangi-  
co, possum est inter Septentrionalem Oceanum, & Meridionales regiones. Sinam, in-  
die partem extra Gangem, Sacos, laxartem (hodie Chesel) fluuum, mare Caspium & Mae-  
tidis paludem; & ad Moicos penè Occidentem versus; quia hæc omnia fere occupauerunt  
Tartari, & in ijsdem locis refederunt.

Tartorum nomen anno salutis M. C. C. xii. ptimū in Europa auditum est. In *hordas*  
diuiduntur; quæ vox illis significat conuentus aut multitudinē. Homines statura quadrata, lata  
facie & obesa, oculis contortis & concavis, sola barba horridi, cetera rasi, corpore valido, ani-  
mo audaci: equis alijsque animalibus quoquo modo interemptis suauiter veicuntur, deemptis  
porcis, à quibus abstinent: inediæ somnique patientissimi: equitantes porrò, si famæ sitis que  
illos molestauerit, equis quibus insident venas solent incidere, haustoque eorum sanguine ta-  
mem pellunt. Et quoniam incertis vagantur sedibus, stellarum, in primis verò Poli Arcticæ, quæ  
ipſi sua lingua *Selesnicol*, hoc est, ferreum clauum (teste Sigismundo ab Herberstein,) vocant, af-  
fectu, cursum suum dirigere solent. Vno in loco non diu commorantur, rati grauem esse infe-  
licitatem diu in eodem loco hærere. Iustitia apud illos nulla. Homines sunt rapacissimi, nempe  
pauperissimi; ut qui alienis semper inhiant. Auri & argenti apud eos nullus yfus.

Vides in hac regione Tangut prouinciam; hinc omne Rhabarbarū quod per totū terrarum  
orbē consumitur, ad nos & vbiq; gentiū defertur. Est hic quoq; Cataia regio, cuius Metro-  
polis est Cābalu, quæ, vt Nicolaus de Comitibus tradit, duodecimgenta Italica miliaria in am-  
bitu habet, aut, vt M. Paulus Venetus scribit, trigintaduo. Quadrata est forma, in singulis an-  
gulis arees constructæ videntur, quatuor milliariorū circuitū habentes, in quibus continuò Imp.  
prosedia sunt. Quinza verò vrbis Mangi prouinciae, quæ Orientem versus ad Oceanum Eoum  
conspicitur, hanc amplitudine excedere creditur; hanc namque idem M. Paulus, quem circa an-  
num à nativitate Domini 1260. ibidem habitasse constat, centena milliaria comprehendere  
scribit. Idem Odericus asserit. In lacu dulci sita est. Sunt in ea 1260. pontes, quorum quidam  
tantæ altitu dinis sunt, vt naues onerariæ passis velis subter eos transcant.



## C H I N A.

**T**ota hæc regio vni subest regi, tamquam monarchæ, quem Mundi Dominum, & Cali filium vocant. Paquin vrbis versus Tartariam, regia eius sedes est. Ex hac numquam nisi tempore belli egreditur. Manquin civitatem quondam eius prædecessores habitauere, in cuius memoriam ibidem aurea tabula magno honore custoditur. Hæc regis qui hodie regnat, nomen inscriptum tehet, et legiturque preciosissima cortina, quam nisi festis diebus non retegunt, eamque tunc superstitione quadam obseruantia, quasi ipsam Regiam referret maiestatem, venerantur. Aut hunc cum bellum aduersus Tartaros gerit, in exercitum ducere trecenta peditum millia, equitumque ducenta: at gentem non adeò bellicolam esse addunt. Habet sub se gubernatorem, quasi proregem, quem ipsi Tutan nominant. Hinc cauillarum totius regni disceptator & index. In iustitia administranda huic magna severitas. Latrones & homicidae perpetui & carcerebus custodiuntur, donec aut flagris, fame, vel frigore vitam finiant. Quamvis enim ultimo suppicio (quod ferè flagellatione constat) condemnatio, sententia tamen executio adeò tarda, ut maxima horum condemnatorum pars in vinculis natura-cedat. Hinc tantus in carcinatorum vbiique in ciuitatis numerus, ut in una vrbe Canton s̄penumero millesimum decimum quintum excedat. Furta, (que nullum crimen his partibus odiosius) flagri & beribus crudelissimis puniuntur. Flagellationis hic modus est. Hominem pronum ponunt, manibus a tergo relegatis, hunc flagro ex arundine aut calamo facto, suras crurum percutiunt, cuius ictus adeò vehementis, ut primo verbere sanguis elicatur, secundus ictus adeò facinorosum excruciat, ut in pedes confundere nequeat. Singula crura singuli carnifices flagellant, tanta vehementia, ut plurimi ex quinquagesimo aut sexagesimo ictu vitam finiant, omnes enim nerui disrumpuntur. Lusitani referunt singulis annis eo mortis genere ultra duo hominum millia interire. Flagrum hoc latitudinis est quinque digitorum, crastitudine vnius, quod continuo aqua tingunt, ut flexibilis sit, & maiori impetu cædat.

Quod ad religionem huius gentis attinet, credunt omnes res creatas, omniaque inferna, at que horum gubernationem pendere à supernis, atque Calo, quem maximum omnium deorum credunt, eumque primo alphabeti charactere exprimunt, Solem, Lunam, & Stellas adorant, etiam Cacodæmonem, (quem ea forma quam nos Europæ, depingunt) ne mala eis adferat, ut ipsi ferunt. Sumptuosissima habent tam in vrbibus quam in agris templa. Etiam duplex genus sacerdotum: alterum candido vestitur, raso capite, & in commune vivit, vt nostri monachi; alterum atro, promissio crine, & seorsim habitat, vt nostri presbiteri. Neurrum uxorem dicit, horum vita tamca satis impudica & obscena.

300 Pater Coton  
1805



Regio Asie  
Pegu

I N D I A.

**N**OBISSIMA M. totius Orbis terrarum partem INDIAM esse, neque maiorem regionem uno nomine compreendi, omnes ferè scriptores unanimiter produnt. Ab Indo flumine nomen habet. In duas regiones, Gange flumine interluete, dirimitur: quarū altera, quæ Occidentalis est, Intra Gangem dicitur; altera ad Orientē magis, Extra Gangem cognominatur.

Hæc India vniuersa non gentium tantum, atque oppido um propè innumerorum, sed omnium rerum prouentu (ære tamum & plumbio excepto, si Plinio credimus) felix: fluminacum plurima, tum maxima: quorum irriguo proculsi sit, vt in vdo solo, proximanis Solis vi, nihil non magna quantitate giguant. Aromatibus, gemmisque, quibus pra omnibus aliis mundi regionibus affatim abundat, totum ferè Orbem implete videtur.

Multæ illi contiguæ sunt insule hinc inde in suo Oceano sparsæ, adeò vt meritò Orbem insulatum dicere quis posset. In primis in eo est Japan, M. Paulo Veneto Zipangu dicta: quæ quoniam paucis abhinc annis haud multis cognita fuit; de ea hic nonnihil dicere visum fuit. Insula est latissime patens; cali eandem fere elevationem cum Itaia habet. Incolæ religioni, litteris, & sapientiae sunt additissimi; & veritatis indagatores acerrimi. Nihil illis frequenter oratione, quam more nostro factis in delubris exercent. Vnum agnoscunt Principem, à cuius imperio & nutu pendent. Sed & hic sibi supremum habet, Voo illis dictum, penes quem summum est rerum sacrum & religionis imperium, hic fortasse nostro summo Pontifici, ille Imperatori nostro assimilari posset. Huic plebs animatum suarum salutem credit. Vnum tantummodo Deum adorant, triplici capite effigiatum, cuius nullam tamen reddere norunt rationem. Infantes apud hos baptizantur: ieiunijs in pœnitentiæ testimonium corpora maccrare student: Crucis signaculo contra dæmonium insultus, vti nos, se muniunt: adeò vt in religione, & viuendi more Christianos imitari videantur: quos tamen Patres Societatis IESV maximis laboribus in totum Christiana religione imbuere satagunt.



P E R S I A E R E G N V M sive S O P H O R . I M P .

**D**E Sophorum origine, ex Ioannis Barrij Asiæ Decadibus hæc transtulit Cælius Curio, in sua historia Sarracenica: Anno salutis nostræ M. C C C. L X I X . erat quidam Regulus inter Persas, Ardenelim oppidum obtinens, Sophi appellatus, qui se ex Alis Muamedis generi, stirpe, per Musam Cazinum eius nepotem, oriundum gloriabatur. Hic Babylonio Calyfa extincto, aduersa factione, quam Turcae uehantur, à Tartaris depresso cœpit liberius suam de religione sententiam profiteri: & quia Hocemus Alis filius, à quo ipse se genus ducere iactabat, duodecum filios habuerat, volens aliquod secta suæ, quo à ceteris dignoicerentur, signum imponere, inistituit, vt qui suam sectam amplecti vellent, tiaram sub velo, quo caput Turcae omnes inuoluunt, (tulibantem appellant) purpuream gestarent, qnæ in medio extra tulibantem duodecim fastigia emitteret. Eoque mortuo successit filius Guines appellatus, qui tantam sibi in toto Oriente doctrinæ sanctitatisque opinionem conciliauit, vt Tamerlanes ille clariss. Parthorum Imp. qui Baizetem Turcarum Règem cepit, per Persidem iter faciens, eum quasi sanctum aliquem virum inuisere voluerit: ab eoque Guines tringita captiuorum, quos secum adducebat, millia dono impertrarit, quos ipse post in secta sua inistituit; eorumque opera Secaider eius filius in bellis vsus est: is enim Guine mortuo, Georgis Scythiaæ populis, suis finitimiis, sed Christianis, (horum virtibus fretus) bellum intulit, multisque illos cladibus affixit, &c. Hæc de Sophorum origine dicta sint. Hi cum Turcis continua bella ob Mahumetanam Religionem gerunt; quoniam Sophiani vnum Mahumeticæ Religionis interpretarem sequuntur, & Turcae alterum; qui quidem interpretes inter se sunt dissentientes, adeò vt Sophiani haeretici sint nuncupati à Turcis, & Turci à Sophianis. Gens natura liberalis est, & ciuitatis amans, litteras & artes colunt, nobilitatem agnoscunt: in eo à Turcis differunt, quod hi nullum sanguinis aut stemmatum discrimen norunt.



T V R C I C V M I M P E R I V M.

**T**URCICVM Imperij originem, incrementum, & quomodo in eam quā vides magnitudinem  
270. annis excreuerit, paucis habe. Anno 1390. OTTOMANNVS Turca, à quo familiae  
Imperatorum Turcarū nomen Ottomanni adhæsit, Zichi cuiusdam filius, tenuis conditionis  
homo, ingenio & rei militaris peritia nomen ac dignitatē inter suos adeptus 27. annis quibus  
imperauit, Bithyniam, Cappadociam, plurimaq; ad Pontum loca munita obtinuit. Successit illi  
filius ORCHANES; qui Prusiam urbem amplissimam expugnauit, & Regni caput fecit; ac à  
Tartari 22. Imperij anno casus, illud filio AMVRATHI reliquit. Hic à Græcis dissidentibus  
euocatus, primus ex Asia in Europā traiecit, vbi Callipoli, Cherroneo, Abydo, Philippopolis,  
Hadrianopoli, & regionibus Serua Bulgariaq; subactis, superiorē Myſtā ingressus, cū regnasset  
annos 23. pugione percussus, interiit. Filius eius BAIAZETHES, post occupatā Phocidem &  
bonā Thraciæ Graciæq; partē, victus à Tābetlane, ignominiarū extrema passus, inglorius obiit.  
Capto patre, CALEPINVS regno adscitus, cū Sigismundū bello funditus deturbasset, plura  
adgressus, in ipso etatis flore, sexto Imperij anno, extinguitur. MAHOMETES post hūc Impe-  
riū arripuit, & VValachia ac Slauonia maiori parte cū Macedonia deuictis, ad Ioniū vsq; pe-  
lagus peruenit: Hadrianopoli autē, quō Regiā fedem transfluerat, ē vita excessit, regni anno 14.  
Hinc AMVRATHES II. debellavit Epirū, Aetoliā, Achaiam, Boeotia, Atticam, Venetorūq;  
urbem Theſſalonicā, Qui huic successit MAHOMETES II. Athenas cuerit; Conſtanopolim  
29. Maij. anno 1452. expugnauit; Trapezuntiū Imperiū, Corinthum, Lemnum, Eubœam, Mity-  
lenen, & Genuensiū urbem Capham bello subegit, regnauit an. 32. BAIAZETHES II. Naupa-  
tū, Methonā, & Dyrrachium Venetiis abſtulit; Dalmatiāq; omnē depopulatus, veneno ſubla-  
tus est. Inde eius filius ZELIMVS Imperiū inuasit. Hic, Sul tanō cęſo, Alcairum, Alexandriam,  
totāque A Egyptū & Damascū ſuo imperio ſubdidit. Suffectus patri vnicus filius SOLIMAN-  
NVS, Belgradu, Budā, Strigoniū, ac totam ferē Hungariā occupauit, Rhodū deditione obtinuit.  
Quia quecclesias enerit, Iula urbe capta, in obſidione Zigerthi obiit. Eā filius ZELIMVS II.  
diruit, qui & Cyprū Venetis ademit an. 1570. Iam regnat AMVRATHES II, magnāque  
Aſtricæ maiorem Europæ, maximam Asiacē partem, à maioribus acceptam, imperio poſſidet.

TURCICVM IMPERIVM.

103




P A L A E S T I N A.

**P**ALESTINA, siue Terra promissionis, in duodecim tribus distingebatur; quarum nomina, Ruben, Simeon, Iuda, Zabulō, Isachar, Dan, Gad, Aser, Nephtali, Beniamin, Manasse, Ephraim: & ita cuiusvis filij Iacob appellatio in posteritate sua & eiusdem loco hæsit.

Deinde sub Roboā, cum terra Isræl & Regnū per seditionē in duas partes discereretur, Iuda & Beniamin tribus sub vna comprehensę Iude nomen, retinuerunt. Quod idè factum est, quia Iuda propter potentiam, & quia ex ipsa nasciturus erat Mæssias, fuit celeberrima, & sic à digniori facta est denominatio. Sed reliquæ decem tribus, quibus Reges Samariæ præerant obtinuerunt nomen Isræl.

Hæc pars post captiuitatem Babylonicam iterum in duas regiones est distincta, videlicet in Samariam & Galileam. Samaria Metropolis vnde regio nomen habuit, fuit sedes Regum Isræl. Sed Galilea ab alienigenis gentibus est occupata, 3. Reg. 9. 4. Reg. 17. Vnde reliquis Iudeis cœpit esse iniusta: Ut etia coniuncti loco Galilæos infectarentur. Huius Boreæ pars per contemptum Galilea gentium, & propter situm Superior est appellata: Reliqua versus Austrum dicta est Inferior. Sequentibus ergo temporibus usque in ætatem Christi & Apostolorū, atque deinceps, terra Canaan vel Isrælitica in tres partes distincta, tripli quoque appellatione est usia. Superior versus Sidonem & Tyrum fuit Galilea: media Samaria: Inferior ad Austrum & Arabiā Petram propriè dicta est Iudea, quod testificantur Mat. 2. & Ioan. 4. Hæc tantum duas tribus Iuda & Beniamin complectebatur. Quanquam etiam vniuersa terra Canaan, usque ad Thraconos montes, & Ammoniticam regionem nuncupata sit Iudea. Mat. 19. Marc. 10. Itaque & Plinius citerioris Iudea mentionem facit. Strabo lib. 16. & Lucanus lib. 2. eandem quoque Iudeam appellant: quod nomen, ut dictum est, à tribu Iuda occasionem sumpsit. Ptolemaeus & alii eam vocant Palæstinam, à Palæstiniis, quos sacri libri Philistim nominant, cum & hæc gens propter potentiam & bella que cum vicinis per aliquot secula gessit, magni nominis fuerit. Herodorus in Polymnia, & Dion. lib. 37. Syriam Palæstinam vocant eam partem Syrie que respicit Aegyptum. Ptolemaeus Palestiram Iudeam vel Syriæ dicit, quia Palæstina est pars Syrie: sicut Pomponius Mela existimat, qui eam Syriam Iudeæ vocat. Huius Palæstina pleraque loca in sua tabula sunt explicata: idè hoc loco omittuntur.




NATOLIA olim ASIA MINOR.

PETRVS Bellonius in Peregrinationum suarum doctissimis Observatio-  
nibus, inquit hanc Asiae partem (ab antiquis Minorem appellatam,) ho-  
die à Turcis Natoliā, aut Anatoliā appellari, à Græco vocabulo, Ἀνατολία,  
quod Orientem significat. Eoqué vocabulo comprehendī omnē Asiae Regionē  
ultra Propontidem, & Hellespontū (cui Ottomannorum prosapia p̄-  
est) sitam; nempe vniuersam Phrygiā, Galatiā, Bithyniā, Pontū, Ly-  
diā, Cariā, Paphlagoniā, Lyciā, Magnesiā, Cappadociā, & Comag-  
enā. Quarum Regionum conditionem, viuendiisque morem atque ritū ho-  
diernū scire qui desiderat, eundem Auctorem tanquam testem oculatū cō-  
sulat. Videat & Andreę Theueti Cosmographiam Orientalem (ut vocat:) Ni-  
colai Nicolai obseruationes Orientales; & Petri Gillij Bosporū. Ex omni-  
bus Asiae regionibus Paphlagoniā solam æs proferre, eiusque Regem (quem  
Ismaëlem vocat) ex ea quotannis tributi nomine quinque myriades staterum  
auri accipere, scribit Laonicus Chalcondilas. Videtur tamen hic eum non de  
vniuersa Asia hoc velle intelligi, quum addat, hoc æs, secundum Iberiæ æs,  
optimum perhiberi. Iberia enim Asiae regio est ad mare Caspium. Sed de Asia  
qua Minor cognominatur, cuius pars Paphlagonia est, hoc fortasse verū erit.  
Rhodum Insulam, qua huic Asiae Minoris adiacet, descripsit Theodoricus  
Adamæus Sualembergus.

H. B. Reges. I. 1610. 1. 1. 1.

N A T O L I A.

105




P

Æ G Y P T V S.

**A**Egypti apud omnes Auctores, ob antiquitatem, & in ea res præclarè gestas, memoria & claritas nemini nō nota est. Hæc mari Mediterraneo, Sinu Arabico, Bugia Regione, & Libyæ desertis clauditur. Nilus fluuius totius Orbis maximus eam per mediū fecat. In ea sunt Alexandria, Emporium olim celeberrimum; & Cayrus, hodie inter maximas Africæ vrbes numerata; & demùm stupenda illæ ob altitudinem omnibus sacerulis decantatæ Pyramides, inter septem Orbis miracula habitæ. Quorum omnium cognitionem qui velit, ex veteribus legat Diod. Siculum lib. 1. Strabonem, Herodotum, Pliniū, & Amm. Marcellinū lib. 22. Ex Neotericis, Petrum Bellonium, Dominicum Nigrum, Laurent. Coruinum Nouosorensem, & Guilielmum Tyrium lib. 19. cap. 24. sed in primis Ioannem Leonem, qui eam diligentissimè perlustrauit, omnésque eius urbium antiquitates, situm, populosque, sigillatim describit. Ludouicus Nugarola Dialogum edidit, inscriptum Timotheum, siue de Nilo. Scripsit & Ioannes Goropius Becanus Niloscopiū, inter sua Beccselana. Edidimus nos olim Tabulam Ægypti maiori forma, ex antiquis & recentioribus auctoriis veterem simul & nouam eius delineationē pro nostro modulo continentem. Hanc autem, quam hīc cernis, ex tabulis in Italia impressis habemus.

Quandoq[ue] Teleki Mikah Thamis  
Quandoq[ue]




W<sup>3</sup> Nundus Villag W<sup>3</sup> & S<sup>3</sup>

CARTHAGINENSIS PORTVS.

**C**ARTHAGINEM Romani Imperij æmulam , & alterum post Romanum Orbis terrarum decus, describere , nostri non est instituti, sed quia hunc eius sinum prostare in Italia hac forma vidimus , cum hoc nostro operi etiam inserere non ingratum Geographiæ candidatis existimauimus ; atque hisce Pauli Iouij verbis exprimere visum fuit. Carthaginensis sinus ea forma est , vt eius ingressus ab alto ad nauigantibus abscondatur ; quoniam Clupeæ promontorium, antiquis Mercurij & Pulchri vocatum, multum in Occidente Solem sese extendit , & introrsum demum se reflectens , alterum efficit promontorium, olim Apollinis, hodie Zafranium à nautis appellatum. Inde vero lunato ambitu ad Guletæ fauces recuruatur ; & ad lœvam Radæ Vrbis calidarum aquarum salubritate celebris, regionem relinquit. Ex aduerso autem collapsæ Carthaginis situm spectat. Hęc ille. Sed apud Ioannem Leonem etiam loca huic vicina lustrare licebit.

ABISSINORVM REGIO.

108



P 4

## B A R B A R I A & B I L E D V L G E R I D.

**R**ECENTIORES Africæ scriptores, qui Africam in quatuor partes distinguunt, hanc Barbariam primā appellant: ita uuntque illi ab ortu Solis Marmaricæ (quæ hodie Barcha dicitur) deserta, ad montis usque Arlauris partem hodie *Meres* vocatam. Hæc Africæ nobilissima pars hodie censetur, atq; in quatuor regna, seu mauis, prouincias diuiditur; in Marochum nempe, Fessam, Telestinem, & Tunetem. Ab hominibus subfuscæ coloris inhabitatur. Qui ciuitates incolunt, sunt in Architectura, atque inuenzione Mathematica mirè dexteri: quod quis facile ex eorum artificiosis structuris colligere potest. Pròbissimi ( si Ioanni Leoni credendum est) sunt virti; nullus illis fucus; simplicitatem atque veritatem non amplectentes modò, sed & re ipsa comprobantes. Validissimi sunt atque robustissimi; & inter hos præcipue illi qui montes incolunt. Fidei omnium obseruantissimi. Nulla gens magis vexatur zelotypia, adeò ut vel mori malent, quād ex vxoris parte aliquam ferre contumeliam. Diuitiarū atq; honoris audi, obque id per viuierum ferè Orbem mercatū proficiuntur. Qui tentoria inhabitant, hoc est; qui pecorum curam gerunt, pi; sunt & animosi, patientissimi, comes, oeconomici, vitaq; integratæ amantissimi, si quiquam alij. Sed cum nemo ex omni parte beatus, habet & sua vitia: nam Oppidani, quos diximus, multa superbia tumidi sunt, iracundi ut nihil supiā, adeò ut vel minimam iniuriam durissimo (ut aiunt) insculpant marmori. Ruricolis rusticitas, atque morū ruditatis tam in animo sederet, ut vix exterius quisquam illorum amicitiam sibi conciliare possit. Simplicioris sunt ingenij, plus satis fidei etiam impossibilia referentibus adhibentes. Physicæ Philosophie tam ignari, ut omnes naturæ operationes pro diuinis habeant. Regionis pars quæ mare Mediterraneum spectat, montibus occupata est. Ab his montibus usque ad Atlantem, planitiem habet spatiostam, & quoddam etiam colliculos. Maxima hic fontium copia riuiulisque amoenissimis irrigatur. Dactylorum, malorumq; Punicorū freracissima; sed frumenti non adeò fertilis; frugumque vertate felix, siccum & oliuarum copiosa. Mons Atlas frigidissimus & sterilis, omniq; ex parte nemorosus, atq; niuibus obsitus; omnia ferè totius Africæ flumina procreat. Frigus numquam hic adeò intenditur, ut quis ignem ob id accedere vellet. Autumni finis, tota biennis; bonaque veris pars impetuosis plena ventis, quin & grandinibus, fulgutibus, & tonitruis horridis interdu discruciantur neque deest aliquibus in locis nix copiosa, &c.


## BARBARIA, ET BILEDVLGERID.



F E S S A E T M A R O C C H I .

REGNUM Fessæ, nomen à precipua eius urbe, Fessa nominata, obtinuit, quæ magna ciuitas reperitur, imo maxima totius mauritanie, bene munita, & quasi ab omnibus partibus, inter montes, & colles sita, sic ut meditullus sui, tantum planities reperiatur. Plusquam quingentesimum complevit numerum, illorum templo, quorum præcipuum, ad miraculum usque grande, quod miliare cum dimidio, in circuitu continet, & triginta portas ingrediuntur. Incola parum ciuiles, nec villa erga extraneos, ciuitate utuntur. Sed delectabile, conspicere hortos, extra Ciuitatem, omnium arborum fructiferarum plenos, ita ut pro siluis iudicari possent. Tamen aer circum circa crassus, & insaluber, & idcirco, Incolæ omnes sere, sunt pallido, & lurido colore, laborantes saepius febris. Marochium non hodie, ut olim, sed diminuta plusquam ex tertia parte veteris sui circuitus, ita quod difficillime, per veteres plateas incedere liceat, propter magnam ruinam domorum destructarum, & iam in his locis sic vacuatis palmae & horti reperiuntur. Est & hic arx pulchra visu, & Palatium Regium, quod Mansor, Rex ibi extrui iussit, ut quasi magna Ciuitas videatur, & magis hic iam ab Incolis habitatur locus. Taradantib[us] antiqua, ubi olim locutens Regis Fessæ, habitare solet, & nostro tempore emporium celebre. Non longe ab hac, altera maritima, nuncupata Messa, in qua (ut ab Incolis fertur) balenam Ionam Prophetam, quem deglutierat, euomuisse.

D. M. de



*Michael Teleki de Szobesvár*

APPROBATIO.

VIDIT & admisit D. Michaël Hetsroey, Bruegelius, sa-  
cræ Theologiæ Licentiatus, & Canonicus Cathedralis Eccle-  
siæ B. Mariæ Antuerpiensis, librorum Censor.

Antwerp. hac 26. Maij, Anno M. D. LXXXIX.

M. H. B.

# INDEX TABVLARVM.

	<b>A.</b>			
<b>A</b> Byssinorū Regio.	108	Belgica.		
Ægyptus.	106	Bituriges.	33	Cremona.
Africa.	4	Bohemia.	21	Croatia.
America.	5	Brabantia.	53	Cyprus.
Ancona.	71	Braudeburg. Marcha.	39	D.
Andalusia.	12	Brixia.	49	Dania.
Andegauensem Ducatus.	20	Britannia.	74	E.
Anglia.	6	Burgundie Comitatus.	18	Europa.
Asia.	3	Burgundie Ducatus.	26	F.
Aprutium.	80	C. Caletes & Bononienses.	27	Flandria.
Asia Minor.	105	Candia vel Creta.	10	Forum Iulij.
Artesia.	37	Carthaginensis Portus.	29	Franconia.
Auriacus Principatus.	23	China.	187	Frisia.
Austria.	52	Comensis Lacus.	100	G.
	<b>B.</b>	Ciorgyra vel Corfu.	72	Gades.
Barbaria.	109	Corsica.	86	Gallia.
Bavaria.	55	Crema.	83	Gascomia.
			77	Geldria.
				41

T A B V E . A .

<i>Germania.</i>	32	Lithuania.	80	O.
<i>Gracia.</i>	89	Liuonia.	96	<i>Orbis Terrarum.</i>
<i>H.</i>		Lotharingia.	28	<i>Orbis Novus.</i>
<i>Hannonia.</i>	36	Lutzenburgum Ducatus.	35	<i>Ornietum.</i>
<i>Heluctia.</i>	60	M.	Oswieczimensis Due.	70
<i>Hibernia.</i>	8	Malta vel Melita.	85	P.
<i>Hispania.</i>	10	Mediolanensis Ducatus.	65	Palestina.
<i>Histria.</i>	63	Misnia,	48	<i>Patauim territ.</i>
<i>Hollandis.</i>	43	Monasteriensis Diocesis.	45	Pedemontium.
<i>Hungaria.</i>	91	Moscouia.	83	Persia.
<i>I.</i>		Marocchi.	110	Perusia.
<i>Illyricum.</i>	90	N.		Picardia.
<i>India.</i>	101	Namurcum Comitatus.	38	Pictauia.
<i>Ischia insula.</i>	84	Natolia.	105	Polonia.
<i>Italia.</i>	61	Neapolitanum Regnum.	79	Pomerania.
<i>L.</i>		Noricum vel Nortgoia.	56	Portugallia.
<i>Larius lacus.</i>	72	Normannia.	19	Presbyteri Ioan. Imp.
<i>Leodiensis Diocesis.</i>	34	Noruegia.	97	Prouincia.
<i>Limania.</i>	22	Novus Orbis.	5	Prussia.

ADDITAMENTVM

EPITOMÆ

THEATRI MINORIS

ABR. ORTELII

Geographi Regij.


Mintio ab am. d.

H. C. Weges. fruct.

LEMOVIÆVM.

PRIMARIA eiusdem superioris Prouinciae vrbis, Lemouicum, inter celeberrimas, ac veruissimas, totius Gallie censetur. Sita enim partim in Valle, qua fluvium Viennam, & finitimatam huic S. Stephani vibem ac ædem respicit, partim in crepidine quadam collis, qua S. Martialis vrbem attingit. Longior autem multo, quam latior est, à Septentrione ad meridiem sese extendens, muris ac fossis satis munita; aquis maxime affluens, quæ ex præclato quodam fonte derivatur, in summitate ipsius vrbis constituto: qui & equis potando suppeditat, & purgandis plateis inseruit. At verò veterum mœniorum ruderâ, quæ in proximis vinetis conspiciuntur, vrbem olim, quam nunc ampliorem fuisse ostendunt, quod non sine causa. Siquidem Romani primi eam inuaseré, deinde Goths, testante Sidonio Appollinare, cum singulas Aquitanie vrbes, à Gothis oppugnatas, aut dirutas recenseret. Franci etiam miserrimè eam afflxere, post eos Carolus Martellus dirupit, atque vastauit; ac denique Angli postremam cladem intulere. Nihilominus hoc ævo, pro rata amplitudinis suæ parte, inter opulentissimas regni ciuitates estimatur, optime morata atque constituta, propiter curiæ ibidem principatum, ærarij regij & Francalevi quæsturam vicecomitis iurisdictionem, ac denique consulum in caussis mercatorum concilium, quam Bursam vulgo vocant.

Dekembris / Anno d[omi]ni 1710  
O. Dami. Of. emis



Admire, bens, Odemus, Preau

## C A M P A N I A.

**P**rimaria huius regionis, vrbs & Ciuitas est Troia, agrum quam fertilem habet, ac eius Iurisdictio longe patet, alta maria, & cingulū quo mari cingitur, inter precipua, & spacioſa Franciæ positū. Et magna vetustaq; extat ciuitas Rhenis, mater quondam totius Belgicæ, ut fert Cæsar in Commentarijs. Habetur adhuc Bar supra Seinam, Muſſij Episcopus, Ferta supra Aubam, nogent, &c. Quod ad nomē huius Prouincię Campaniam, modernum est, quia apud veteres, eius parua fit mentio, tamen populus valde famosus, peculiariū ciuitatum, ut Tricassini, Troiæ, Rhemensis, Rheni, Meldei, & Meaufi, & sic de ceteris, & hoc eo vsque, particulares dominationes surrexere in Gallia, ac nomina Ducum, Comitum, nouas appellations Prouincij imposuere. Hic tractis nomen fert Campaniam, ob planitem in qua situs est,

C A M P A N I A.

2



Q 3.

## T V R O N I S.

**Q**uod non adeo longe extendit se hæc prouincia, ob id, quod quamplurimis vicinis prouincijs cingitur, à ponente scilicet Andegauo, à meridie Pictavo, & Berruyensibus, versus Orientem Blesiensi agro, à Septentrione vero Cenomanis. Primaria huius vrbs Turonis, quæ opulentissima totius Regni reperitur, tum propter agrorum vbertatem, quos delicias & hortos Regum, vocare merito solent, tum optimam Reipublicæ formam, ciuiumque industriam; mercaturæ imprimis amantium: Sed & sericum conficeré pridem cœperunt, quo non prestantius, aut subtilius Italia submittat. Ad Orientalem Turonum partem, Ligerim Ambaia attingit, structa loco optimo, amoëniſſimo, & purissimi aeris, adeo uti hanc potissimum ad secessum Reges sibi delegerint. Monrichardi vrbe in plano sitam, hinc rupes, & silue muniunt, illinc prata & campi amoëniiores cingunt. Extra vrbe, domus etiam subterraneæ conspiciunt, & super eas horti ac vineta. Loches ad Agnerem flumen, arcem pene incomparabilem habet, si amoënitatis, magnitudo, munitio, ac situs denique spectetur: situs inquam tam ab ingenio humano, quam loci ipsius natura inexpugnabilis. Pautruy, Castillon, Cormery, Beau-lieu, &c. quarum inspicias Belleforestium.

T V R O N I S.

3




Q 4

TERRITORIUM BLESIENSE.

**T**ERRITORIUM hoc iactare se potest quod pauci sui similes reperiuntur. Quod ad fertilitatem, frumenti, bonorum, aliarumque frugum, quæ in vita humanæ usum expertuntur, nullis certe prouincijs, Blesiensis hęc cedat. Nam tota nemorosa est, & siluis plena, vinetis, fluminibus, riuis, stagnis, ac fontibus, vnde maxima quædam pinguedo terræ, huic insita est, & caloris temperies, in collibus yrbi vicinis, vineas magis nutrit. Itaque Beaucia, & Solonia commodatum particeps, utramque his ipsis superat. Nam frumentorum, haud minus quam Beaucia, abundans vinorum, frugum, & aquarum copia merito præ illa gloriatur. Cum Solonia amoenitatem communem habet: à qua et si Ligeris tantum fluuij diuidatur, nullum tamen ab arenis eius fertilitatis suæ incommodum sentit. Ac proinde Beaucia illa pars, in qua Blesia sita est, maiorem quam alibi lignorum, aquarumque copiam, Solonia, qua ipsam respicit, fertilitatem vberiorem huic vni debent. Itaque dictum vetus, quo habitatio in Solonia, hereditas in Beaucia optima perhibetur, ad Blesiam minime spectat. Inter præclaras huius Blesiæ prouinciæ raritates, una maxime eminet, qualem nec in vniuerso hoc Regno facile deprehendas, scilicet, quod inter hanc Ciuitatem, & Orchesiam, quam Lemniam vocant, fodina eiusdem cum vera Lemnia potentia atque virtutis.

TERRITORIUM BLESIENSE.

4




Q5

## C E N O M A N I .

**H**Ic ager (vt habet Belleforestius) multis pulcherrimisque siluis, landis, imbutus, ad venationem aptior & bestiarum nutrimentum quam ad agriculturam: ita quod territorium fertile & sterile repertum est: & Cenomani potius venari, quam vinū vel frumentū tibi porrigerere malunt: non quod indigent, cum in partibus adeo abundans, quod nec Andegauum vel Turonis, illos excellunt, vinetis nec frumentis: Sed hoc nisi in aliquibus locis, qua causa gens, adeo dedita laboribus, industria, acuti ingenij sunt, non fallax, boni conductores familie, ac industriosi plus quam illorum vicini, tali modo quod exacti in omnibus illorum negotijs, non mendaces, ita quod vulgo dici solet, Cenomanum Normandū cum dimidio valere, vrbs præcipua Cenomani, ~~Mang~~ vocatur teste Theueto, maxima ac valde populata, in pulcherrimo loco extructa, quam forsitan in Francia reperitur, alluitur Haygne, Orne, & Satiræ fluminibus, quæ simul muros huius attingunt, & hinc Pontem Noianum, Aluzium, ac S. Ioannem Siluæ, ac postea malicornium vetustissimam domū afflunt. Aliæ adhuc vrbes paruæ, ac pulchræ insunt, veluti Fronay, Mayette, Chasteau du loir, Champenay, S. Aignan, Benestable, & quæ plurimè similes.

C E N O M A N I .

5



P R O V I N C I A.

**H**Ec pro fertiliſſima totius Galliae regione, ſemper habita ſuit, habeturque in hunc vſque diem, vt que profert omnia genera fructuum, ac arborum odoratiferarum, ſcilicet citronum, oliuarum, ficorum, ac vinetis abundans, pulcherimis, quam vnuā contemplari poſſint, & maximā pars vineum, alijs generibus fructuum circumflexa, eo quod clauſura exterior hortorum, quam interior, a qua utilem fructum faciat. Quod ad agros vacuos huius tractus, non ceſſant quoq; fructum ferre, eo quod cooperati, mirto, geneueris, roſemarino, ac alijs ſimilibus odoratiferis reperiuntur: vti quoque palmis, fructus ferentes, quæ cū Africis ac Barbaris aequalificari poſſent. Et vt ait Belleforeſtius, ſaccari hodie ferax, & circa Yeres oppidum, mannam hic quoque colligi, idem auētor eſt. Abundans Oriza, & alia quadam ſubſtancia, qua tinctores utuntur, (quod vulgo Teutonice ſonat) **Weet**, Olea hic meliora totius Europa: vrbes huius primariæ, Maſſilia, antiqua Gr̄corum Phocænium Ionica colonia, que ex tribus (vt Cæſar S. Ciuil. partibus mari alluitur, reliqua parte habet aditum à terra; Poſtea habet ciuitatem Arelatum, primariam, locum ſupremum totius Prouinciæ Parlamentum quod vocant, hic Cæteræ vrbes ſunt Tolon, Epifcopalis, Cauaillon, Eres, Ciferon, &c. Insulae huic regioni adiacentes ſunt Eres, S. Honorat, Corallum laudatissimum circa haſ naſci, Plinius testis, quam in mari ligustico reperiatur.

P R O V I N C I A .

6

PROVINCIA.




F R A N C I A E I N S V L A .

**I**N Itinerario quodam Galliae, hæc scripta reperio. Insula Franciæ à S. Dionisij  
vrbē, vsque ad Rossy & montem Morencij extenditur: atque adeo omnem terram  
intra Sequanæ fluvij strans, & volumina, versus Normandiam ab una, & Picar-  
diā ab altera parte complectitur. Nomen Insulae Franciæ (teste Andrea The-  
ureto) accepit ex eo, quod Franci venientes ex Germania, prius his in locis sedes  
fixerint, ac Duces ipsorum titulo ac nomine regio, exornati ibidem cœperint;  
tum etiam quia Matrona, Sequana, & Isatia totam fere ambiant & claudant.  
Non tamen omnis tractus, qui fluijss istis cingitur, ad hanc Insulam pertinet,  
sed qui Parisijs magis vicinus. Ego ergo credidi, hanc factam diuisionem,  
quando filij Clodouei regnum inter se partiri, imperium eius limitarunt, &  
finibus suis incluserunt, qui Parisijs agebat, solus Rex Franciæ vocabatur.  
At vero nulla diuisionis huius ratio modo habetur, cum Picardiæ, Briæ, alia-  
rumque prouinciarum aliquot vrbes, eadem comprehendantur. Sed Belle-  
forestij sententiam audiamus: Post obitum magni regis Clodouei, noua diui-  
dendæ Galliae forma inuenta est: nam ex uno plures facti sunt reges, & is solus  
Franciæ Rex dicitas, qui Parisijs præsidebat. Vnde Insula Franciæ verum ac ve-  
tus dominium est regum: et si in stirpe Pipini negligi cœpit, ac postea ditio-  
nem, & Comitatum Parisiensem hereditatis loco accepere, qui vñueria Fran-  
ciæ corona,

FRANCIE INSULA.


17



D E L P H I N A T U S.

**V**ARIE conspicitur hæc regio: in aliquibus partibus valde fertilis frumenti ac vini, & in alijs steriles, sed non adeo quin castaneis ac maronis abundet, quamvis ad lubitum non pecudum, qua de causa victualia periuntur vili pretio: ita ut vicinis suppeditare posset. Hacten satis de generalibus. Accedamus loca particularia. Hæc regio in duobus Archiepiscopatibus diuiditur, scilicet Ambran & Viennam. Sub Ambran sunt. Digna, Senez, Glan-deua, Nice, Vence, cum Grassa: ex quibus nulla in Delphinato excepta Metropolitanea. Subsunt Viennæ Episcopatui sequentes, Geneua, Grenoba, Maurienna, Dia, Valencia. Incolæ huius regionis, quondam fuere inuidi illorum libertatum: ac defenderunt ad sanguinem usque. In bellis constantes, illorum negotia secure assequentes, illorum bona conseruare queunt: et si aliqui reperiuntur in urbani, ac barbari, inter campestros tamen, ciues ac nobiles civitatis, valde ciuiles, bona indolis, capaces scientiarum, præcipue Mathematici curiosi, ac scrutatores naturæ secretis, honesta loquela, haud dissimulatores, associantes, & qui extra propositum non loquuntur, sed ratione soluunt, nec se leuiter mouentes.





**V**ARIE conspi  
frumenti ac vini,  
nis abundet, quamuis  
periuntur vili pretio: ita  
ralibus. Accedamus loca p  
diuiditur, scilicet Ambran  
deua, Nice, Vence, cum  
tropolitanea. Subsunt V  
Maurienna, Dia, Valencia  
rum libertatum: ac defend  
rum negotia secure assequ  
reperiuntur in urbani, ac ba  
tatis, valde ciuiles, bona in  
curiosi, ac scrutatores nat  
associantes, & qui extra p  
se leuiter mouentes.

